

Sexta virtus seu beatitudo est mundicia cordis. cui conuenit donum intellectus qui est cogitatio celestium oculorum cordis mundans et illuminans. Hac eliminat gula que corrumpit et excecatur cor. Unde D. zec quarto Fornicatio et uinum et ebrietas aufert cor. Premium huic beatitudini respondens est uisio dei.

De septima.

Septima virtus seu beatitudo est pax seu esse pacificum. Cui respondet donum sapientie que est delectari in deo que est pax nostra. Hec repellit luxuriam que animam non pacificat sed uagum reddit et instabilem. Cui correspondet premium esse filium dei.

De octaua.

Octaua virtus seu beatitudo que est pati persecutionem propter iustitiam clarificat et ostendit quoddam factum. habens respectum ad singula precedentia. Et per quod omnes alie beatitudines ab ultima usque ad primam probantur si vere sunt. Unde Greg. Qualis unusquisque apud se lateat illata promelia probat. Et hinc est quod beatitudo ipsi facto premium respondens quod idem est cum premio per beatitudinem promissio redire dicitur ad caput tanquam circulus perficiens et omnes beatitudines ambiens et comprehendens. De virtutes seu beatitudines tanguntur *Matth. v. Beati pauperes spiritu quoniam ipsoz ed regnum celorum. etc.*

Unde accipitur numerus seu sufficiencia beatitudinum.

Ratum vero beatitudinum numerus et sufficiencia secundum integritatem perfectionis hominis accipitur. Ad perfectionis autem integritatem requiruntur tria. scilicet recessus a malo perfectus seu progressus in bono. et perfectus statim in optimo. Sane respectu primi malum procedit aut ex tumore superbie. aut ex rancore malicie. uel ex languore libidinis seu concupiscentie. Contra que tria sunt seu sumuntur prime beatitudines scilicet paupertas spiritus contra malum tumoris superbie. Oritas contra malum rancoris malicie. Lucrus contra malum languoris libidinis seu concupiscentie.

Respectu uero secundi perfectus seu progressus in bono attendit circa diuinam imitationem que est duplex secundum duas vias que intendi potest scilicet misericordiam et ueritatem. De quibus in psalmo. Uniuersa uia domini misericordia et ueritas. Et secundum has duas vias sumuntur due alie beatitudines. scilicet respectu ueritatis esuriet iusticie. et respectu misericordie affectus misericordie. Respectu autem tertii perfectus statim in optimo attendit in duobus scilicet in limpida cognitione et in tranquilla affectioe. Et secundum hoc sumuntur due alie ultime beatitudines. scilicet respectu limpide cognitionis mundicia cordis ad deum uidentium. Et respectu tranquille affectiois. pax mensis ad deum perfecte fruendum. Et aduerte quod sicut in enumeratione donorum iuxta quod supra tractatu de donis declaratum est. est ordo quidam artificialis quo primo loco ponuntur et enumerantur digniora. ita in enumeratione beatitudinum est ordo quidam naturalis quo digniores ultimo loco ponuntur.

Et supradictis colligitur quod habitus uirtutum cardinalium principaliter disponunt ad exercitium uite actiue. Habitus uero donorum maxime disponunt ad actus uite contemplatiue. Habitus autem beatitudinum disponunt ad perfectionem utrorumque.

Finis tractatus precedentis.

Incipit tractatus viij. et finalis de uicijs tam nature quam uoluntatis

3

In finalibus aliqua de uicijs summam tangere conuenit. Et quia sunt uicia nature. et uicia uoluntatis. tangitur primo aliquantulum de uicijs nature. Et deinde de uicijs uoluntatis.

De numero et sufficiencia uicioz nature.

Uicia autem nature quantum ad huiusmodi compendium attinent satis erit enumerare. que sunt septem scilicet Extollentia seu presumptio. Duricia. Ingratia. Timiditas. precipitatio. hebetudo. stulticia. que nunc siue sufficiencia de

Compendiū theologie

se satis clareat. nā repibile non videt viti-
um nature aliō a p̄dictis vel qđ saltē ad
aliquod p̄missōz nō sit reducibile. p̄ op-
positōem tñ ad septē dona spūs sancti/ su-
mūt aliqui numerū z sufficiētiā ipsoz
vicioz nature. Etenī tres anime sunt vi-
res seu potētie. s. cōcupiscibilis irascibi-
lis z rōnalis. q̄ q̄si cōtinue in suis virtuo-
sis actibus z opatōibz/ p̄ ipsa vicia que
nature ex sua corruptiōe ūsunt/ varijs mo-
dis impugnāt z impediunt. cōtra que cū
septē sint. data sunt in adiutoriū septem
dona spūs sancti q̄ lumina quedā sine lux
diuinitus inspirata z infusa ad efficaci-
tam cōtra ipsa septē vicia nature q̄ vicia
alia volūtatis et tentatōes. viā iam habi-
te virtutis impugnātes/ resistendū. libe-
riusq; z expediti- ipsos actus virtutū cre-
q̄ndū. ¶ De vicijs nature circa vim con-
cupiscibile ¶ Circa igit vim seu potētiā
concupiscibile repitur vitiū nature retra-
hens a debite cōpatiēdo z subueniēdo
primo. quod vocat duricia. Cōtra quod
dispoit donū pietatis. ¶ De vicijs nature
circa vim irascibile ¶ Circa vero vim seu
potentiā irascibile duplex repitur viciū
nature. Unum immoderate retrahēs ab
agēdis quod vocat timiditas cōtra qđ di-
sponit donū fortitudis. Aliō immodera-
te accedēs qđ vocat presumptio. Contra
qđ disponit donū timoris ¶ De vicijs na-
ture cōtra vim rōnale ¶ Cōtra vim autē
seu potētiā rōnalem duplex cōtingit vi-
ciū nature. scz vel respectu finis. vel res-
pectu eoz que sunt ad finē. Si respectu fi-
nis. duplex repitur nature viciū. Unum
impediēs ne cognoscat qđ vocat hebetu-
do. ztra quod disponit donū intellectus
Aliud retrahēs ne anim⁹ ad ipm finē de-
bite afficiat qđ vocat stulticia. ztra quod
disponit donū sapiētie. Si respectu eozū
que sunt ad finē duplex similit nature vi-
ciū repitur Unū impediēs ne sciat qđ ad
p̄secutiōem finis expedit quod est igno-
rantia cōtra quod disponit donū sciētie.
Aliud quo qđ in his que agēda sunt ma-
gis ex passionis impetu q̄ ex debita ele-
ctione ducit quod est precipitatio cōtra qđ
disponit donū p̄silij. ¶ Quibz cōtrarien-
tur ipsa nature ¶ Cōtrariāt etiā ista septē
nature vicia singula scz singulis virtuti-
bus. singulis oratōnis dñice petitiōibz
z singulis beatitudinibz z cōueniūt cum

septē principalibz seu capitalibz vicijs vo-
lūtatis Qđ clarius ex tabula in fine hui⁹
tractat⁹ posita cōcipi poterit z perpendi.

De vicijs volūta- tis seu de malo culpe in generali.

DE vicijs volūtatis id est de ma-
lo culpe seu de peccato/ oppor-
tunū foret z vtile/ specialē z lō-
gum tractatū subiūgere. sed cū
pluribz notabilibz hec sint diffuse expla-
nata/ sufficiet interim ad p̄ntis cōpendij
p̄cessum cōtinuandū/ eiusq; cōplemētū
summati dicere. quid sit p̄ctm̄ in genere.
Quoties sit siue quot sunt ei⁹ genera De
iñ veniēt aliqđ de qlibet genere explanāda

Quid est peccatū in genere. z quomodo diffinitur

PEccatū autē in genere sic diffi-
nit. Peccatū est auersio ab in-
cōmutabili bono ad bonū cō-
mutabile. Quā diffinitioez sic
intellige. Peccatū est auersio scilz volun-
tatis. quia p̄prie z p̄ se talis auersio est pec-
catū. ab incōmutabili bono scilicet deo. q̄
omnino incōmutabilis est. Nec est auer-
sio aliō q̄ discōformitas volūtatis create
a volūtate diuina. qđ est in omni peccato
vbi aliqđ vult voluntas creata quod nō
vult deus Sequitur. ad bonū cōmutabile
supple cōuersio scz ad bonū creatū quod
cōtinue mutat vel saltē mutabile ē ¶ Et
licet peccatū in sui diffinitioe duo conti-
neat scz auersionē ab incōmutabili bono
z cōuersionē ad cōmutabile bonū. essen-
tialius tamē p̄ctō est/ primū q̄ scōm. Si
enī fuerit cōuersio ad creaturā/ ita tamen
qđ nō fieret auersio a creatore. sicut cōtin-
git quādo qđ amat creaturā p̄pter deum
tantū. tūc nō fieret p̄ctm̄ immo in isto ca-
su meritorie fieret ¶ Licz plures alie sint
diffinitioes peccati/ nō tractat nisi de vna
Plures alie a doctoribz assignātur pecca-
ti diffinitioes fm̄ causas efficientē. mate-
rialem. z formalē ipsius peccati. Sed q̄
tum ad p̄ntē tractatū attinet/ supradicta
diffinitio que fm̄ causam finalem pecca-
ti sumitur/ sufficiat.

De duplici diuisi- one peccati in genere.

R

Dures etiā a doctoribus assignant peccati diuisiones fm diuersas peccati causas et origines. Quantū vero ad p̄ntem tractatū sufficit de dyab^o peccati diuisionibus principalit̄ tanget. Et primo de vna que sumit fm quandā peccati q̄litate et quāritate. Secūdo de vna q̄ sumit iuxta peccati cām materiale. **R**espectu p̄ie diuisionis tria p̄cipalia repiunt genera peccatorū. quia omne peccatū aut est originale aut actuale. Si actuale hoc itez est dupliciter: Quia aut est mortale aut veniale.

De peccato originali

2 **O**riginale autē peccatū est illud quod a nostra viciosa origine trahimus. Et est auersio q̄dam habitualis a deo qua aīa prona effecta ē nō reddere iusticiā quā debet. An̄ omnes fere doctores respectu effectus ip̄ius peccati originalis cōsonant in ip̄am auersionē habituale fm August. **H**ugo de sancto victore dicit q̄ original culpa est corruptio seu viciū quod nascendo cōtrahimus p̄ ignorantia in mēte et cōcupiscētia in carne. **A**lij volūt q̄ originalis culpa sit necessitas cōcupiscendi cū debito nō cōcupiscendi. Et ponūt exēplū de radio cōtiguato aque. q̄ mouet aq̄ mota et quiescētē q̄seit. Et hoc patz ex cōtiguato ne sui cū aqua. An̄ cū maior sit vnio aīe et carnis q̄ in casu p̄dicto radij et aque. cuz caro de se valde mobilis sit ad cōcupiscēdum. aīa eoispo q̄ tali carni vnita est habet statū talem quandā necessitatē cōcupiscendi. Cum igit̄ caro puuli cui infundit̄ anima p̄ peccatū p̄mi hominis ad cōcupiscendū sit mobilis. inerit ip̄si anime iam illi carni vnite necessitas quedā concupiscendi. nec potest anima ip̄sa illā carnem seu sensualitatē cohibere. sicut aīa ade an̄ peccatū potuisset q̄ habuit p̄tatem super sensualitatē et etiā libertatē cōcupiscendi vel nō cōcupiscendi. **P**atet igit̄ q̄ per peccatū et post p̄ctm̄ primi hominis iest aīe duplex necessitas. Vna nō possendi sensualitatē retinere seu cohibere. et alia necessitas nō valendi facere qd̄ debet. et secunda est quedā necessitas faciendi qd̄ nō debet. Et ita inest ei carentia vtriusq̄

ptis iusticie. que sunt declinare a malo et facere bonū. **E**x quo patet q̄ p̄ctm̄ originale. et est in carne et est in aīa. sed in carne originaliter et materialit̄. In aīa vō formaliter et tanq̄ in subiecto. Sola enī aīa est susceptibilis virtutis et vicij. et t̄m̄ sicut dictū est et cōiunctōe ip̄si ad corp^o. p̄trahit viciū illud. sicut q̄n̄ quis cadit in lutū fedat et maculat. **T**alis autē aīe infectō nō tantū est pena sed est etiā culpa. ip̄a vero culpa q̄ macula est deletur i baptismo. **P**ena autē q̄ fomes siue peccadi p̄ntas appellat̄ remanet post baptismū. Sicut enī in baptismo curat̄ culpa quantū ad reatum dānatōis eterne. sed nō quin remanear ip̄sa pena quantū ad motū et actum cōcupiscētie. cum qua oportet nos q̄d̄iū vniū^o pugnare. nisi extinguat̄ cōcupiscētia per speciale gratiā. sicut in beatissima virgine in cōceptōe filij dei. **O**riginale etiā p̄ctm̄ sic in hoīe p̄ baptismū curat̄ q̄ nihilomin^o ab eo q̄ curatus est. trāsmittatur in plēn quā generat. sicut iude^o circūscisus generat filiū cū preputio. et granum nudū et purū seminatū. p̄creat granum cū palea. Qd̄ hinc est qz hō non generat filiū fm q̄ in mente curatus est sed fm quod in carne.

De nominib^o peccati originalis fm q̄ opatur ad animā.

Originale peccatū diuersis i scriptura noibus. multiplicibus de causis noiat̄. **S**ecūdum enī q̄ originale p̄ctm̄ cōpatur ad aīam. vocat̄ q̄n̄qz infirmitas. qz reddit aīaz ip̄otentē ad resistēdū motib^o. **N**q̄z vocat̄ feditas. qz p̄ ip̄am aīa maculatur. **V**ocat̄ q̄n̄qz p̄ntas. p̄pter p̄tinuam appetitus inclinatioez ad malū. **V**ocatur q̄n̄qz corruptō. qz ad nihilū ducit et p̄ctm̄. **V**ocat̄ q̄n̄qz viciū. qz est diminutō bonorū naturalium. **V**ocat̄ q̄n̄qz lāguor nature qz durat i natura corrupta. **H**abz etiā noīa fm qd̄ compa^o ad corp^o. **V**ocat̄ enī q̄n̄qz lex carnis. eo q̄ lege dīna sit carni i ficta. **U**n̄ q̄n̄qz lex mēbroz vocat̄. qz mouet organa ad opatōez cōcupiscētie. **V**ocat̄ q̄n̄qz tyrān^o. p̄pter dīnationē quasi violentā in ip̄sa cōcupiscētia. **V**ocat̄ q̄n̄qz fomes. qz sicut ignis fouet ignē. ita p̄ ip̄z fouet in carne p̄ctm̄ fm act^o generatiue nutritiue. **V**ocat̄ q̄n̄qz stimul^o carnis quia

stimulat carnē ad primos motus. et ani-
mū ad cōsensum. **H**abet quoq; nomīa
sūm quod cōpatur ad actus delectabiles.
Et sūm hoc vocatur cōcupiscētia que so-
nat vitiiū in actu prout est in adultis. **I**te
cōcupiscibilitas que sonat vitiiū in potē-
tia prout est in puulis. **H**abet etiā no-
men sūm quod comparatur ad primū hoīez
a quo cōtrahitur. et sic vocatur originale.
quod est carentia debite iusticie.

De peccato actua

De li mortali et circa ipm in generali occurrē

Circa peccatū at actua. **C**ubus
le mortale aliqua sunt videntia
Primo qd sit. Secōdo de diuer-
sis eius noibus seu appellatōi-
bus. Tertio de huius peccati effectib; Quar-
to de diuersis eius generib; seu diuisiōi-
bus. Quinto de quolib; septem peccato-
rum capitaliū ac eorum filiabus seu spe-
ciebus/aliquid in speciali declarabitur.

Quid sit peccatū

actuale mortale in spēali et quō diffinit.

Peccatū igitur actuale mortale/
sic diffinitur sūm August. **P**ec-
catū est dictū vel factū vel cōcu-
pitū/pra legē dei. Et ponitur
in dicta diffinitōe. dictū. ppter pctm oris.
factū. ppter pctm opis. cōcupitū. ppter pec-
catū cordis. **D**iffinitur et aliter sūm eūdē
August. **P**eccatū est volūtas retinēdi fa-
ciēdi vel cōsentiēdi quod iusticia vetat.
Insup sciendū qd pctm proprie nō est
substātia vel res aliq; sed defectus et corru-
ptela. **C**irca qd tamen aduertendū ē. qd
aliō est peccati actus. aliud est peccati habi-
tus. aliud peccati reatus. **P**eccati actus ali-
qd est. sed qm nō ampli; sit. definitur eē. etiā
sine grā. **S**ed peccati habitus qd ex malis
actib; relinqritur/ etiā aliqd est et remanet
interdū cessantib; etiā ipsis actib;. ac etiā
post infusam grām peccatiq; remissionē.
Peccati vero reatus siue macula/ sūm rem-
nihil est. deformat tamē aiā; nō p modū
positōis sed p modū. priuatiōis sicut trū-
catio mēbr; p modū. priuatiōis corp; defor-
mat et maculat. **D**icit etiā Augu. qd sicut
abstinētia nulla substātia vel res est. et tū
ex ea corp; languescit. ita pctm nō est aliq;
substātia vel res. ex eo tū natura minuitur
corruptis. delect tū semp p grām. **N**otan

dam p̄terea qd pctm. qm qd trāsit actu et re-
manet reatu. sicut pctm actuale actu con-
pleto an̄ penitētiā. **Q**uōq; ecōtra pctm trā-
sit reatu et remanet actu. sicut in pctō ori-
ginali p̄ baptismū. **Q**uōq; trāsit pctm actu
simil; et reatu. sicut pctm actuale actu p̄ple-
to et p̄ penitētiā. **Q**uōq; pctm remanz ac-
tu et reatu sic pctm originale an̄ baptismū.

De diuersis nomi

Dibus peccati actualis mortalis
diuersis frequēter noib; pecca-
tū ipm mortale p̄ doctores no-
minat sūm diuersas eius pprie-
tates et opatōes et effectus. **V**ocat enī qm qd
macula. et hoc iō qd imaginē dei deformat
et maculat. **V**ocat qm qd reat; qm ad eter-
nā penā obligat. **V**ocat qm qd pollutio et
hoc qm tū ad p̄ragionē p̄tractā. ex terrena
delectatōe. **V**ocat qm qd delictū et hoc sūm
qd est recessus a dignitate grē habite. **V**o-
cat qm qd culpa. et hoc prout respicit penā
quā meret et incurrit. **V**ocat qm qd offensa
et hoc est qd contrā deū est et p̄tra deū facit.
Vocat qm qd p̄uaricatio et hoc in qm mā-
datū dei respicit qd trāsgrēdiēdo p̄uarica-
tur. **V**ocat qm qd pctm. put cōuersio fit ad
bonū p̄mutabile cū auersione a bono in
cōmutabili. **V**ocat qm qd scel; p̄opt mag-
nā iniuriā qd peccando deo fit. **V**ocatur
etiā quandoq; nefas. put est illicitū perso-
ne perpetrātū. **V**ocatur etiā quandoq; cri-
men prout est dignū accusatōne et pena.

De diuersis effe

Hetibus peccati actualis mortalis
diuisimodi autē peccati/ multi-
plex sūm doctores repit effectus.
sed qm tū p̄ntē p̄cernit tractatū
satis erit aliq; enūerare. **U**n; effectus. **E**t
prio naturalia vulnerat. qd signat in illo
qd iuxta euāgeliiū descēdēs ab hīrlm i hie-
rico incidit in latrones. **A**li; **I**ntelle-
ctū obscurat in cognitōe veri. et affectū te-
pescere facit i ope boni. **A**li; **B**ratū-
tis spoliāt. ne tū bonū aliqd pereat. bona
opa qd qd peccādo mortificat/ alijs iuxta
dispensatiōem dei elargiēnt saluādis. **A**li;
Aliam maculat. ad penā eternam
obligat. p̄sciam amaricat. cor indurat. **A**lius
Hoīem quasi insensibile reddit
Exēplo canis submergēdi qd lapidē i col-
lo suo nō sentit. donec ab eo in fundū aq;

trahitur. **A**lius. **A**nimā occidit. quia deo qui vera vita est. priuat. **A**li. **A**d alia pctā trahit. **A**n. **B**reg. Peccatū quod p penitentiā nō diluit. suo pōdere ad aliud trahit. **A**lius. **B**ona q̄ in peccatis fiūt. infructuosa ⁊ quantū ad meritū ⁊ q̄ntum ad premiū reddit. **A**lius. **E**x hōmine quendā effectiue infirmū facit. **N**ā in pctōre est ignis auaricie. feror luxurie. tenebre ignoratiē. vermis cōsciētie. sitis concupiscētie. ⁊ demones p effectū ⁊ huiusmodi. **A**lius. **V**acuū hominē tādem relinquit. ⁊ merito q̄ mūdo adherentia. sugūt verba arētia. Fallendo decipit sicut esca i hamo vel lignū putridū de nocte lucens. **A**lius. **M**oīem vere stultū demonstrat. seruiedo scz illi qui ipm torq̄ri querit ⁊ tandē torq̄bit. Componēdo q̄s ⁊ congregando supra se vnde torq̄ueat et cremet. **A**nde Aug. li. de ci. dei. **H**oc vitiiū adimit integritatē. pulcritudinē. salutem. virtutē. ⁊ quicq̄d boni per vitiiū detrabi seu minui consuevit.

In quo peccatum habet esse ortū. **N**otandū est vltēr. q̄ quicquid peccatū ipsi bono cōtrariū sit. non tamē habet esse nisi in bono. nec ortū nisi a bono. quod quidē bonū est libez arbitriū ac voluntas. a qua peccatū est sicut a prima origine ⁊ in q̄ est sicut in pprio subiecto. **V**oluntas igit̄ est causa peccati. cāz dico nō efficientē sed deficientē. **V**olūtas enī fm q̄ habet respectū ad suū principium a q̄ est. scz ad deū nō est nata elicere ex se nisi bonū. **S**ed fm q̄ habet respectum ad principū ex q̄ est. qd̄ est oīno nihil. cū ipsa volūtas ex nihilo sit. semp̄ tendit ad defectū. **S**i ergo velim⁹ scire vñ malū culpe sit materialit. dicendū q̄ ex nihilo. **S**i vero velim⁹ scire vnde sit terminalit. dicēdū q̄ ex absentia debiti modi debite speciei ⁊ debiti ordinis. **S**z si velim⁹ scire vñ sit originaliter. dicendū q̄ a volūtate siue a libero arbitrio.

De progressu peccati. **N**ota q̄ peccatū inicit̄ in cogitatione. pcedit ⁊ crescit in delectatione. pficit̄ in cōsensu. **C**irca pcessum autē pcti notandū est q̄ aliqua ipm pctm̄ antecedūt. aliqua ipm subsequūt. aliqua ipm concomitant. **I**tem respectu primi. **A**liqua

peccatū antecedunt ex pte auersionis. **E**t aliqua antecedūt ex parte persionis. **E**x parte autē auersionis. i. quādo quis a bono incōmutabili quod de⁹ est. auerti ⁊ se pari incipit. antecedūt peccatum. cōtempus. omīssio. ingratiūdo. inobediētia. **E**x parte vero cōuersionis scz quādo hōmo se in peccatū pvertit. antecedit peccatum. cogitatio. libido. concupiscētia. delectatio. pversa intentio. cōsensus. **P**eccatum autē subsequūt. macula id est deformitō imaginis dei. reatus. ⁊ obligatō ad penam eternā. **P**eccatū concomitatur circumstātie que ipm vel aggrauāt vel minunt. ⁊ sunt octo que ex versu sequenti notificari possunt. vñ versus. **Q**uis qd̄ vbi p quos. quotiens cur quomodo qñ.

De tribus actionē

deprauātibus. **P**er tria etiā principaliter deprauari solet actio. etiā illa que est de genere bonoz. **Q**uandoq̄ in sui principio. quādoq̄ in sui medio. quādoq̄ in sui fine. scilicet p malam intentionem. p negligentiam. p vanam gloriam.

Quib⁹ causis unū

peccatū dicit̄ maius. **M**ultis etiā causis seu respectib⁹ vnū peccatū dicit̄ mai⁹ seu grau⁹ altero. **V**idelicet causalitate vt peccatū luciferi. **G**eneralitate vt peccatū primi hoīs. **D**eformitate vt peccatū iude p̄ditoris. **R**emissionis seu venie difficultate. sicut pctm̄ in spiritūsanctū. **P**ericulo sicut pctm̄ ignorantie. **I**nseparabilitate vt peccatū cupiditatis. **P**ronitate vt pctm̄ carnis. **O**ffensioē vt pctm̄ idolatrie. **E**x pugnādi difficultate vt superbia ⁊ vana gloria. **M**entis cecitate vt peccatum ire.

De quinqz operū

generibus. **N**otandū est etiā q̄ inter cetera. q̄nqz repiunt̄ genera operū. **N**ā qdā sunt mala in se vt illa q̄ de sui natura seu in suo genere mala sunt. sed tñ p aliquas. circūstātiā bona fieri possunt. vt homicidiū quod in se malū est. sz p circūstātiā aliquā p̄t effici bonū. vtputa qñ sit p debitam iusticiā. vel se legitime defendēdo cum mortis piculū euadi nō possit ⁊ huiusmodi. **Q**uedā sunt mala fm se vt illa q̄ fm totū suū esse mala sunt. nec p circūstātiā aliq̄s bona effici p̄t. sic est odire deū.

vel fornicari et hōi. Quedā e contrario sunt bona i se vt illa q̄ de sui natura sunt bona ex genere. sed tñ p aliquas circūstā-
tias possunt fieri mala. Sicut est dare ele-
mosinā quod in se bonū est sed p circū-
stantiā aliquā pōt fieri malum. vtputa si
daret p sola vana hominū laude acqren-
da vel hōi. Quedā sunt bona fm se. vt
illa que fm totū suū esse bona sunt nec p
circūstārias aliquas. pñt fieri mala. sicut
est diligere deum et caritate. Quedā sunt
indifferētia scz que suo esse nec bona nec
mala sunt. possunt tñ fm circūstārias bo-
na vel mala fieri. sic mouere pedē sine de-
liberatōe. vel qñqz pmedere. qd fm circū-
stāria aliquā bonū fieri potest. vtputa in
necessitate. corp⁹ suū debite sustentādi vt
efficaci⁹ deo seruire possit. Et e contrario
malū. vtputa si ad supfluitatē et ex sola li-
bidie vel volūtarie pcepta ecclesie trās-
grediendo fiat.

De quatuor gene-

ribus seu diuisionibus peccati mortalis
Icet plures peccati mortalis/
diuersis respectibus et causis/
possent assignari diuisiones seu
genera. qñtū tamē ad pñtis tra-
ctatus cōpendiū attinet. quatuor solum
modo tāgenf. Circa quarū adhuc solam
quartā diffuse insistet. quia p eius decla-
ratōez alie tres clarez faciliter poterūt itel-
ligi. imo ipas tres effectualitē cōprehēdit

De prima diuisione

Prima igit dictaz quatuor di-
uisionū est q̄ peccatoz morta-
liū aliq̄ sunt carnalia alia spūa-
lia. Carnalia aut maioris sunt
infamie. Spiritualia p̄o maioris culpe.

De secūda diuisione

Secunda diuisione est q̄ pec-
catoz mortaliū aliqua sunt cō-
missi alia delicti. Quod in effe-
ctu est dicere Aliqua cōmittūt
in faciēdo. alia in omittēdo. Prima pec-
cata sunt puaricatio seu trāsgressio legis
quo ad pcepta negatiua. vtputa Nō occi-
des nō mechaberis. Secūda sunt puari-
catio seu trāsgressio legis quo ad pcepta
affirmatiua. sicut sunt. Diliges dñm deū
tuū ex toto corde tuo et honora patrē tu

um et. Et fm hāc etiā diuisionē dicitur pec-
catū mortale esse et fieri contra duas par-
tes iusticie. Quarum vna est. declinatio a
malo. Alia est facere bonum.

De tertia diuisione

Tertia diuisione est q̄ peccatoz
mortaliū aliqua directe cōmit-
tunt in deū alia i proximū alia
in seipm. Peccatū autē in deū
itēz subdividit. Nam qñdoqz peccat in pa-
trē quādoqz in filium. qñqz in sp̄m sc̄m.
De quibz latior fiet speculatio infra in fi-
ne declaratōis q̄rte diuisionis. Peccat ei
alio respectu in deū quadrupliciter. primo
male de ipso p infidelitatē sentiēdo. sc̄do
ipm blasphemādo. tertio ei sacramēta in-
digne ministrando et tractādo. q̄rto eum
tentando. Rursus deū tentādo peccat
tripliciter. Nam tentat vel ei potētia. signa
scz ab eo petēdo. Vel tentat eius iusticia.
p hūanas scz pbatōes. vtputa p candens
ferrū vel duellū vel similia. iudiciū ei⁹ ex-
q̄rēdo. Vel tētat ei⁹ misericordia. suā sc̄li-
cer q̄si examinādo bonitatē. se stultis pi-
culis cōmittēdo. In primū vero peccat
etiā tripliciter. vel bona sua ei indebite au-
ferēdo. vel bona ppria sibi in sua necessita-
te nō cōicando. vel mala psuasiōe aut ma-
lo exēplo eū in peccatū trahēdo et inducen-
do. In semetipm at peccat q̄s etiā tri-
pliciter. Vel sibi ipsi necessaria subtrahēdo
vel supflua sumēdo. vel vltra vires ac de-
bitū moderamen quippiāz aggrediendo.

De quarta diuisione

Quarta diuisione peccati (ne-
mortalis sumit p septē vicia ca-
pitalia. Que sunt. supbia. inui-
dia. ira. acedia. auaricia. gula.
luxuria. Et qz vt supra tactū est de ista q̄r-
ta diuisione expediēs est diffusiorē hic fa-
cere declaratōem. tum qz p eam supra di-
cte tres alie diuisiones clarius intelligi po-
terūt imo eas effectualitē cōprehēdit. tñ qz
pprie loqñdo in ipsa et ex ipsa p̄cipal⁹ ef-
fectus p̄cipalisqz intērio huius octauī
tractatuli istius libelli psistit et dependet.
Ideo de ipsis septē peccat⁹ capitalibz hic
fiet quoddā speciale capitulū. et iuxta di-
uisionē in principio hui⁹ p̄cipalis ca-
pituli quod est de peccato actuali positā
de his scz que in eo videnda sunt.

Aliqua circa mate

riam septē vicioꝝ capitaliū p̄notanda

Item anteꝛ ad speciale seu particularē declaratiōez ip̄oꝝ septē vicioꝝ capitaliū veniaꝛ/ aliqua sunt circa ipsa aduertenda. **E**t primo notādū venit q̄ pctm̄ veniale. siue sit quantū ad actū siue q̄ntum ad maculā. nullo modo potest fieri mortale. sic sc̄z q̄ illud idē fm̄ substantiā qd̄ pri⁹ fuit veniale/ fieret mortale. Et rō est. quia nulla res potest mutare sp̄m̄ suā. Peccatū aut̄ mortale ⁊ veniale sunt due diuerse peccati species. Verū/ tamen aliquis actus qui de sui natura est de genere peccati venialis/ bñ potest fieri mortalis. Et hoc quatuor modis. **P**rimo modo rōne p̄scientie q̄ de illo actu fieri potest. qz quicqd̄ fit cōtra cōscientiam formatā/ edificat ad gehennā. etiā si sit cōtra cōsciam̄ erroneā. Et hec est rō. qz cū in pctō duo sunt sc̄z auersio ⁊ cōuersio/ Penes p̄mū iudicatur q̄litas siue grauitas peccati. qm̄ auersio a deo est in pctō quasi formale. ⁊ uersio ad creaturā q̄si materiale. Quāuis ergo leuare festucā de terra videat̄ leue vel indifferēs. si tamē fiat contra cōsciam̄ est pctm̄. qz tūc in aīo spernit̄ realiter bonū incōmutabile. ⁊ ita fit auersio a creatore. **S**c̄do modo ex cōplacētia que in illo actu possit capi ⁊ capetur. Unde Aug. Nullū pctm̄ a deo veniale est qd̄ nō fiat mortale dū plac̄z. **T**ertio mō ex dispositōe seu p̄liuitate que exinde cōtrahitur. qz p̄ frequentē lapsū in venialia. disponit̄ homo ad mortale. Et fm̄ h̄ intelligit̄ illud dictū Grego. Vitasti grādia vide ne obruaris arena. Hoc autē dicit qz sepe de minimis peccatis dū frequenter fiunt ⁊ sic quasi contēnūt/ venit ad magna. Sicut de modica scintilla surgit quādoqz magnus ignis. **Q**uarto mō ex p̄gressu. quia quādo insurgit veniale/ si nō p̄hibet̄ possit p̄gredi vsqz ad mortale. Non q̄ ip̄m veniale. vt supra tactū est in sua substantiā fieret mortale. sed qz ex ip̄so occasionaliter fieret p̄grediendo mortale. vt patet in primis moribz q̄ inter venialia cōputātur. Sed quādo delectatio conualefcit intantū q̄ cōsensus accedit/ iam est peccatum mortale.

Unde sumatur nu

mer⁹ ⁊ sufficientia septē vicioꝝ capitaliū

Notandū insup qz vt aliqualit̄ supra tactū est septē sunt pctā seu vicia capitalia. sc̄z supbia. inuidia. ira. acedia. auaricia. gula. luxuria. quorū sufficientia seu numer⁹ pōt colligi. Volūtatē enī hūanā frequēter cōtingit deordinari. Aut ergo deordinat̄ qz appetit quod nō est appetendū. aut deordinat̄ qz refugit qd̄ nō est refugiendū. **S**i pri⁹ mō. aut appetit qd̄ nō est appetendū inferi⁹. ⁊ tūc peccat̄ peccato supbie seu vane glorie. Aut appetit qd̄ nō est appetendū terre rī⁹ ⁊ tūc peccat̄ pctō auaricie. Aut appetit qd̄ nō est appetendū inferi⁹ quale est corpori delectabile Et istud iterum est in duplici differētia. Quia aut illud delectabile qd̄ sic inordinate appetit̄/ tēdit ad p̄seruatōem indiuidui. ⁊ tūc peccat̄ pctō gule Aut tēdit ad cōseruatōez speciei vt coit⁹ ⁊ tūc peccat̄ pctō luxurie. **S**i sc̄do mō. qm̄ sc̄lz volūtas deordinat̄ refugiēdo qd̄ nō est refugiendū. Aut illud nō refugiendū refugit fm̄ p̄uersum instinctū potētie rationalis. ⁊ tunc peccat̄ peccato inuidie. Aut illud refugit fm̄ p̄uersum instinctuz potētie irascibilis. ⁊ tunc peccat̄ peccato ire. Aut illud refugit fm̄ p̄uersum instinctū potētie cōcupiscibilis. ⁊ tūc peccatur peccato acedie. **E**t sic patz qz sunt q̄ tuor principalia appetibilia in q̄bus voluntatē humanā deordinari contingit. ⁊ tres solū sunt vires seu potentie aīe fm̄ q̄ rum instinctum est fuga. ideo tātūmodo sunt septē peccata seu vicia capitalia.

Duplici modo se/
premyicia capitalia se ostendūt. nunc palam. nunc palliate.

Notandū insup qz ista vicia septē seu peccata capitalia/ qm̄qz palā ⁊ publice se ostendūt. vt qm̄ directe fiunt. qm̄qz vero sub qdā specie boni palliata se ingerūt ⁊ decipiūt. An̄ supbia qm̄qz sic sibi p̄iuadet. Volo p̄cesse vt possim p̄desse. Inuidia sic sibi p̄suadet. bona alijs nō cupio nec opto ne in p̄speritate successū nimis extollant̄. Irasero sic p̄suadet. Non debeo mala mihi illata tolerare/ ne mihi inferri consuefcāt. Acedia sic sibi p̄suadet. Ad hoc mihi in laboribus parco ne indiscrete aliquid aggrediēs deficiā et indiscretōis arguar. Auaricia s. c. sibi per

Compendiū theologie

suadet. mihi multa adhuc cōgregāda veniunt/ne ppter casus fortuitos qui supue nire pnt in inopiā incidā. et sic furtū rapi nā vel aliud iniustū cōmittā. Sula sic sibi psuadet. Corp^o meū cibis et potib^o delicatis nutritio. quatin^o in sanitate cōseruetur fortiusq^{ue} efficiat^{ur} vt sic aptius sit et valentius ad deo seruicēdū. Luraria sic sibi psuadet. nō est malū aliq^unto tpe ad libitū et cōplacētiā viuere/et postea fortit^{er} penitere

Septem uicia capitalia septem ferocib^o bestiis cōparātur.

Notandū p̄terea q^{od} p̄dicta septē uicia seu pctā capitalia septem tā ferocib^o q̄ immūdis bestiis cōparari cōsueuerūt. Supbia seu vana gloria cōparat leoni. Inuidia cōparat cani. ira cōparat lupo. Acedia cōparat asino. Sula cōparat vīso. Luraria cōparatur porco. Auaricia cōparatur ericio. Similit^{er} etiā compari cōsueuerūt septem granib^o infirmitatib^o. Supbia seu vana gloria cōparatur corpis inflationi. Inuidia cōparatur lepre. Ira cōparatur frensi. Acedia cōparatur lethargie. Auaricia cōparatur hydropisi. Sula cōparatur epilentie. Luraria cōparatur febri. Et insup notandū et bñ cōsiderandum. q^{od} ista septem pctā seu uicia capitalia deuota ac frequēti passionis christi meditatiōe curant. Nam q^{od} debite ea que ip̄e domin^o noster Iesus christ^o in sua sacratissima passione egit et sustinuit cōtemplat^{ur} repiet q^{od} be septē mortifere pestes/ibidē mirabiliter curant. Etenī sui sacri capitis in cruce humillima inclinatio/curat supbiā. Sui sacri lateris ap̄tio curat inuidiā. Dō sua pro inimicis curat iram. Portatio crucis curat acediā. Traditio sui spūs patri. sui corpis cruci. sue matris discipulo. et suaz vestīū suis crucifixorib^o curat auariciā. Potatio aceti et fellis curat gulā. Et sua flagellatio curat luxuriā. Notandū insup q^{od} p̄dictorū peccatorū vnum ex alio nascit^{ur}. quod sic apparet. Superbia enī q^{od} om̄es p̄cellere vult et appetit. statī quādo aliquē sibi equari videt aut timz. in se dolere et turbari incipit. ac exinde p̄tra illū ad ip̄m suū bonū quo sic eū sibi equari timet/impediendū ac diminuendū mouet et sic ex supbia nascit^{ur} inuidia. Inuid^o vero quia defacili ei cui sic inuidet irascitur

et cōtra eū quasi toto spū cōmouet. idō ex inuidia nascit^{ur} ira. Cum autē sic cōtra alium cōmouet et iratus vindictā de illo appetat et se vindicari querat in quo si eum deficere cōtingat/in aīo suo cōtabescit et contristat^{ur}. ideo ex ira nascit^{ur} quedā mentalis tristitia que a doctorib^o acedia nuncupatur. Cum vero sic animo tristis et cōtabescens cōsolatōem et quandā sui exaltatōem quā in seipso nō habet/in rebus exteriorib^o querat. et quāto plura cōgregare poterit/maiorē se habitū sperat. ideo ex acedia nascit^{ur} auaricia. Auarus autē quia bonis temporalibus abundat. et sic ea que ad delectatiōem in cibis et potib^o faciunt facilius compare et ad sui libitum habere potest. ideo ex auaricia nascit^{ur} gula. Sula vero ppter ventris repletōem/variāq^{ue} ciborū et potū delectabiliū species quib^o reficit^{ur}/facillime despumat in libidinem. ideo ex gula nascitur luxuria. Notādū insup q^{od} plura p̄dictorū septē viciozū seu peccatorū capitaliū dicuntur radices et initia seu cause aliorū diuersis tamē respectibus. Supbia enī primo dicit^{ur} radix et initium oīs peccati ppter tres causas seu ratōnes. Primo ppter causam q^{od} in omni peccato inuenit^{ur}. scz cōtemptus dei qui est quedā causa om̄is peccati. Iste autē cōtemptus est auersio a creatore. que in omni peccato est. q^{od} in om̄i peccato/preponitur bonū cōmutabile bono in cōmutabili. Iste cōtemptus nō nisi ex supbia p̄cedit. et ex ea q̄ maxime. Et ideo dicit^{ur} q^{od} si cut sine charitate alie virtutes nihil sunt ita sine superbia alia uicia nihil sunt. Abstrabe supbiā et habebis grām. Quia supbis deus resistit. humilib^o autē dat gratiā. Secundo dicit^{ur} supbia radix et initium om̄is peccati/quia fuit primū peccatorū. Hoc enī peccato peccauit p̄io diabolus in celo et prim^o homo in paradiso. Tertio dicit^{ur} supbia radix et initium om̄is peccati/q^{od} ex ea s̄m p̄us et posterioribus hoc est mediate vel immediate/nascuntur alia uicia et peccata. vt aliquāter supra ostensum est in notabili immediate p̄cedenti. Libido etiā prout Augusti. ponit dicit^{ur} causa om̄is peccati sed alio respectu propter scilicet inordinatā delectatiōem que ex ipsa libidie habetur in creatura. que delectatio inordinate afficit et attrahit animā et auertit a summo bono. Est enī libido uolūtas

improba qua mouet aia rōnalis ad hoc q̄ inordinate delectet in creatura. Et ex hac libidine omnia alia peccata fm̄ prius ⁊ posterius. hoc est mediate vel immediate. alia t̄m̄ via seu ordine q̄s a superbia insurgūt. **C**upiditas etiā sicut ponit apostolus radix dicit̄ oīm maloz. quasi eodē respectu iuxta suū eē sicut dicit̄ libido iuxta suū. Nam sicut libido vt statū dicitū est dicit̄ causa oīm peccati p̄pter inordinatam delectatōem que ex ipsa libidine habet̄ in creatura que delectatio inordinate afficit ⁊ attrahit aiam ⁊ auertit a summo bono. sic cupiditas in suo esse dicitur radix oīm maloz. ex inordinato amore. qui ex ipsa cupiditate habet̄ ad creaturā. qui inordinatus amor similit̄ afficit ⁊ attrahit animā ⁊ a summo bono auertit. Et q̄ inordinato amore omnia alia peccata fm̄ prius ⁊ posterius hoc est mediate vel immediate. alia tamē via seu ordine q̄s a superbia ⁊ q̄s a libidine insurgūt ⁊ oriunt̄. **L**uxuria etiā fm̄ Cassianū dicit̄ radix oīs peccati. quia carnales delectatōnes sunt nobis naturales. ⁊ ad naturalia p̄ni sum⁹ ⁊ inclinati. ac eis cum difficultate resistim⁹. Extracta igit̄ ⁊ affecta p̄ luxuriam aia in oia alia vicia facillit̄ ⁊ sine cōsideratōe ac moderamine. fm̄ tamē prius ⁊ posterius hoc est mediate vel immediate ex vno. scz in aliud plabitur. alia tamē via ⁊ ordine q̄s p̄ superbiā ⁊ q̄s p̄ libidinē ⁊ q̄s p̄ cupiditatē. **P**ossent ista p̄fusius declarari sed quantum ad breuitatē hui⁹ tractatuli cōuenit. satis sint q̄ tacta sunt. q̄ ampliora videre voluerit doctores habeat solennes. ⁊ inter ceteros beatū Thomā secunda secundae. ⁊ summā de vitiiis ⁊ virtutibus.

R De septē vitiiis capitalibus in speciali. Et primo differentia inter superbiā ⁊ inanem gloriā.

Istis sic prenotatis dicēdū venit de quolibet predictoz septē vicioz capitaliū in specie seu in particulari. Et primo de superbia. Circa quā notandū est q̄ licet cōiter nō fiat distinctio inter superbiā ⁊ inanē gloriā. immo ponat̄ inanis gloria filia superbie Grego. tamē inter eas differentia ponit̄. immo superbiā dicit̄ reginā ⁊ matrē omniū viciozū. Quod intelligendū est Grego. accepisse prout superbia cōsideratur fm̄ quandā redundantia et

generalitatē quam habet in alia peccata in quantum scz ex ipsa omnia peccata oriri possunt. Et hoc duplici via seu ratione. Vno modo per se ⁊ directe in quantum scilz alia peccata ordinantur ad finē superbie q̄ est propria excellentia ad quā potest ordinari quicqd̄ homo indebite ⁊ inordinate appetit. Alio modo indirecte quasi p̄ accidens remouēdo prohibēs. in quantum scilz per superbiā. homo legē diuinā cōtēnit. p̄ quam phibetur a peccādo ⁊ transgredit̄ mandata. Intelligit̄ tamē hoc q̄n do illa transgressio mādatorū fieret ex cōreptu. Nam fieri posset ex ignorantia vel infirmitate. q̄ ibi nō esset superbia. Et igitur semper natura ipsorū viciozū clarius elucescat. p̄cedatur hic opinionē Grego. in sequēdo. **D**ifferentia autē que cōiter int̄ superbiā ⁊ inanē gloriā assignat̄ est. quia licet in vtraq̄ sit immoderat⁹ ⁊ inordinatus proprie excellentie appetitus. qui scilz nō est fm̄ rectam ⁊ debitā ratōem. in hoc tamē differunt. quia superbia excellentiā p̄ priam inordinate appetit. Inanis vero gloria excellentie p̄rie manifestatiōem. itaq̄ q̄ superbia proprie cōsiderat̄ in quantum ille inordinatus p̄rie excellentie appetitus habet̄ ab intra etiā si nō ab extra p̄grediat̄. Inanis gloria trāsit ab extra. qz illaz excellentiā appetit ab extra apparere ⁊ in ore aliorum apparere ⁊ manifestari.

De superbia in

particulari. pur̄ distinguit̄ ab inani gloria ⁊ ponitur quasi regina aliorum viciozū.

Dicitur ergo primo de superbia. que sic vt aliqualit̄ tactum est. fm̄ Augusti. diffinitur. Superbia est p̄uersus proprie celsitudinis appetitus. Dicit̄ etiā August. q̄ superbia omibus hominib⁹ inuidet scilicz superioribus. quia eis nō equat̄. Paribus quia sibi equat̄. Inferiorib⁹ ne sibi equetur. **D**icit̄ etiā superbia omnis peccati radix ⁊ initium p̄pter tres ratios supra in penulti. cap. immediate p̄cedenti tactas. Grego. xxxi. li. moralium quatuor species superbie assignat. Prima est cū homo bonum qd̄ habet. estimat se a seipso habere. Secūda species est cum homo bonū qd̄ habet. sibi desup datum credit. sed tamē se reputat illud p̄ suis meritis accepisse. Tertia species est cū homo iactat se ha-

bere bonū quod non habet. Quarta species est cum homo despectis ceteris appetit singulariter videri habere bonū quod habet. ¶ Et est aduertendū q̄ hic iactantia accipitur quantū ad interiorē cordis arrogantiam. Quia si capetur iactantia quātum ad exteriorē actum quo quis falso se diceret vel laudaret habere bonū qd̄ nō habet/magis proprie p̄tinet ad peccatum inanis glorie et etiā ad peccatū mendaciū q̄ ad peccatum sup̄bie prout sumit̄ hic et a beato Gregorio. ¶ Istarum autē quatuor specierū numerus et sufficientia sic sumit̄. Dicitur esse inordinatū proprie excellentiē appetitū. Omnis autē excellentia accedit homini ratione alicuius boni quod habet. Bonū autem quod habet homo/tripliciter potest cōsiderari. Uno modo s̄m se. alio modo ex parte cause qua habet. tertio modo ex parte modi ip̄m bonum habendi. Respectu primi certū est q̄ quanto bonū quod quis habet maius est: tanto p̄ hoc maiorem excellentiā consequit̄. Ex quo cōtingit q̄ homo cuius appetitus inordinate vel vltra modū sibi conuenientem / in suā propriā excellentiā tendit / sibi in animo suo attribuit bonū quod nō habet vel maius q̄ habet et tunc est tertia species sup̄bie supra posita. que est scilicet cū quis iactat se habere bonū quod non habet. Respectu secūdi certum est q̄ quādo homo bonū quod habet. habet ex seipso. ipse excellentius habet q̄ si haberet ab alio. Et ex hinc procedit. q̄ homo cui⁹ appetitus inordinate et vltra modū debitum et sibi cōuenientē in suam propriā excellentiam tendit. illud bonum quod habet ab alio / estimat in suo animo et sibi attribuit habere a seipso. Et quia dupliciter aliquis potest esse causa boni sui. Uno modo efficienter. alio modo meritoze. s̄m hoc sumit̄ tur due prime species sup̄bie supra posite. Nam si homo illud bonū quod a deo habet / estimet et reputet se a semetipso habere et sic efficienter / tūc est prima species sup̄bie supra posita. Si vero illud bonum quod a deo habet / estimet se et reputet a deo habere / sed suis meritis. et sic meritoze tunc est secūda species. Respectu tertij certū est q̄ quāto aliq̄s bonū quod habet excellentiori modo q̄ alij possidet tanto p̄ hoc maiore excellentiam consequit̄.

Et hinc est q̄ homo cuius appetitus inordinate et vltra modū debitum et sibi conuenientē in suam propriā excellentiam tendit / illud bonū quod habet. estimat in suo animo et sibi attribuit excellentius habere q̄ ceteri. et tunc est quarta species sup̄bie supra posita. scilicet cū quis despectis ceteris appetit singulariter videri habere bonū quod habet. ¶ Ex quibus apparet clara sufficientia specierū sup̄bie per Grego. assignata. ¶ Est tamen aduertendum q̄ s̄m diuersos doctores. plures et alie assignantur sup̄bie species. Hieronimus assignat ingratitudinē speciē sup̄bie. August. dicit q̄ se excusare de peccato cōmisso / ad sup̄biam p̄tinet. Etiā presumptō qua quis tendit ad assequendum aliqd̄ quod est supra se / ad sup̄biā p̄tinere videtur. Bernardus etiā duodecim gradus ponit sup̄bie qui sunt. curiositas. mentis leuitas. inepta leticia. iactantia. singularitas. arrogantia. presumptō. defensio peccatorū. simulata confessio. rebellio. libertas. peccandi consuetudo. ¶ Sed qui debite considerat omnes huiusmodi species seu gradus ad quatuor species p̄ Grego. vt tactum est assignatas / reduci possunt / et sub eis comprehenduntur. ¶ Nam p̄ma ingratitudo de qua loquitur Hieronimus / reducit̄ ad primā speciē quia ingratus sibi proprie et in effectu attribuire videtur habere a semetipso illud bonū quod ab alio habet / cū illud recognoscere nolit. Excusatio de peccatis. de qua loquitur Augusti. proprie p̄tinet ad tertiā speciē quia sic se excusans videtur se iactare habere bonū quod nō habet scilicet bonum innocentie. Presumptō autem qua quis tendit in id quod supra ip̄m est / proprie ad quartā speciē p̄tinet. s̄m quā quis appetit p̄ alijs singulariter videri. ¶ Duo decim vero gradus sup̄bie quos ponit Bernard. licet s̄m quid et s̄m modū accipiendi ipsius Bernard. ad sup̄biam p̄tineant. nō omnes tamen accipiuntur s̄m ipsam propriā naturā seu essentialē sup̄bie cui assignantur. Sed sumuntur aliqui tam s̄m diuersas hominū cōditiones. q̄ s̄m cōparatōem ad grad⁹ hominū qui vel sunt maiores vel equales vel minores. Non solum etiā in dictis duodecim gradib⁹ tangunt species aliq̄e sup̄bie. s̄z etiā quedā ip̄am sup̄biam antecedentia et quedā cōse-

quentia. **S**umuntur etiā predicti duo/decim grad⁹ supbie a Bernardo assignati. p^o oppositi ad duodecimū grad⁹ humilitatis. quos b^o b^o Benedictus in sua regula ponit. **P**rim⁹ enī gradus humilitatis ab ipso beato b^o b^o assignatus est cordez ope semp humilitatē ostendere de fisis in terrā aspectib⁹. Contra quē ponit Bernar. p^o mū gradū supbie. curiositatem. Nam iuxta quod dicit **D**eus hominis sui ipius incuriosa. quod ex priorū meritū vana estimatōe procedit. aliorū cōiter curiosa efficit. et iā vel ad ea que ad ipam nō spectāt immoderate cognoscenda. vel mores viciaq⁹ aliorū inquirenda se trāffert hinc inde oculos vagari. capiteq⁹ erecto ac aurib⁹ suspensis incedere incipit. **S**ecund⁹ gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus est. vt pauca s^o b^o rationabilia q⁹ loquat⁹ et nō clamosa voce. Contra quā ponit Bernar. scōm⁹ gradū supbie. leuitatē mentis quā ex gradu precedentī oziri ponit. Nam vt dicit anim⁹ hominis nulla sui cura aggrauatus duz mores et vicia aliorū curiose circūspicit in quandā leuitatem et instabilitatē transit. Nam dū nūc aliquos sibi supiores aspici iam se supari dolet et p^o inuidiā tabescit. Dum vero nunc alios sibi inferiores cernit p^o quandā vanā excellentiā pueriliter hilarescit. Hunc pauca et mordacia loquitur. nūc multa et inania. nūc risu. nunc lectu plena. **T**ertius grad⁹ humilitatis a beato benedicto assignat⁹. vt quis nō sit facilis aut prompt⁹ in risum. Cōtra quē ponit Bernar. tertium gradū supbie ineptā leticiā. quam ex duob⁹ gradib⁹ immediate precedentibus oziri dicit. Nam dū p^o curiositatē ad animi seu mētis leuitatē q⁹ deuenit et gaudiū quod ex sui presumpōne concepit per tristitiam quā interdū de alienis bonis p^otrahit interpolari metuit statim ad remediū false consolatiōis confugit. ita vt bene sibi conscius. vel sui oblit⁹ vel ab omī culpa absolutus putet. Hunc apparet in fronte hilaritas. nūc in signis scurrilitas. nūc ad iocū pronitas. nūc vanitas in incessu. nūc facilitas in risu. **Q**uartus gradus humilitat⁹ a dicto beato benedicto assignatus est taciturnitas vsq⁹ ad interrogatōem. Cōtra quē ponit Bernardus quartū gradū superbie. factā tiam quā ex precedentī gradu oziri dicit.

Nam dū mente in ineptam leticiā resoluta. vanitas cresceret grossescere inceperit iam necesse est vt laxato sinu ab extra erūpat. querit tunc quib⁹ omīe quod sentit et fundat puenit interrogantē. nō querenti responderet. Hunc querit et soluit. nūc ieiunia laudat. cōmendat vigiliās. somnia p^o fert et visiones. **Q**uintus gradus hūilitatis a beato benedicto assignatus est tenere quod habz cōis obseruātia. Contra quē b^o b^o Bernar. quintū gradum supbie ponit singularitatē quā ex precedentī gradu oziri dicit. Turpe etenim esset ei qui se supra ceteros extollit et iactat/ nisi pl⁹ vel aliter q⁹ ceteri/ aliqd speciale ageret/ quo vltra eos apparere possit. Talis plus sibi de aliquo particulari bono q⁹ se facere estimat blanditur. q⁹ si decies plus in cōitate faceret. Pallorē suum in vultu/ et maciē in manib⁹. et talia que in seipso videre potest/ speculatur ad sua particularia strenuus. ad cōmunia piger. vigilar in lecto. et dormitat in choro. et huiusmodi. **S**extus gradus humilitatis a dicto beato benedicto assignatus est credere et pronuciare se omībus viliozem. Cōtra quē ponit Bernardus sextū gradū superbie. arrogantia. quam ex precedentī gradu oziri dicit. Nam cū q⁹ talia opa sic singulariter agit. iam ap^o simpliciores eius fama seu opinio crescere incipit q⁹ ipsa ei⁹ opa que videt probant. q⁹ discernere nesciūt qua intentōne procedāt. sicq⁹ dū miser ille ab alijs beatificat. apud se in errore inducit. Credit enim q⁹ audit. sed quid intendat nō attendit. et dum plus de seipso alijs q⁹ sibi credit. non solū verbo aut operū ostentatione probitatē demonstrat. sed interno etiam sui cordis affectu se alijs sanctiorem credit et reputat. **S**eptim⁹ grad⁹ hūilitatis ab ipso beato benedicto assignat⁹ est se ad omīa indignū et inutilem credere et confiteri. Contra quem ponit Bernardus. septimū gradū superbie. p^osumptōnem quā ex precedentī gradu oziri dicit. Nam q⁹ se in animo alios p^ocellere putat. q⁹ modo eē potest q⁹ plus de se q⁹ de alijs presumat. Talis prim⁹ in conuētib⁹ residet. prim⁹ in consilijs responderet. Non vocat⁹ accedit. non iussus se intromittit. q⁹ quid ipse fecerit recte factū. q⁹ quid vero nō fecerit inordinate factū reputat. si vt optat n⁹ p^o moueat supiore suū aut iuidū aut

deceptus iudicat. in minoribus obedire indignat. quia ad maiora se reputat idoneum. **O**ctavus gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus est confessio peccatorum. Contra quem ponit Bernardus. octavum gradum superbie. defensio nem peccatorum. quā ex precedenti gradu oriri dicit. Etenim qui se faciliter ad omnia ingerit / impossibile quasi est quin aliquando deficiat. cū ergo talis a suo superiore corrigi ceperit. culpā suā quā habere nō putat / nō agnoscit et tūc in varias peccatorum suorum excusationes se ponit. aut enim fecisse negat. aut fecisse confitetur. sed quod bene fecit. aut si male se fecisse fateatur. dicit tamē quod nō multū male. et si multū male / quod nō mala intentione. et si iterū de mala intentione convincat aliena se dicit suasionē peccasse. Et quomodo talis quod apta defendit. malas sui cordis cogitationes revelaret? **N**on⁹ gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus est. Pro obedientia in duris et asperis patientiam amplecti. Contra quem ponit Bernardus nonum gradum superbie. simulatam confessionem quā ex precedenti gradu oriri dicit. Nam qui ut tactus est. sic ex arrogantia et presumptione peccata sua excusant. si ut interdum contingere potest de manifestioribus culpis arguantur scientes quod si defenderent nō crederetur eis. ad subtiliora se convertendo dolose confessionis. Hunc etenim vultum demittunt. corpus prosternunt. lacrimas sibi si possunt extorquunt. suspiria et gemitus emittunt. Sed si eis levis aliqua contumelia aut exigua pena inferat. iam suam simulatōem dissimulare non valentes / murmurare fremere irasci et conturbati incipiunt. **D**ecim⁹ gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus est. Et cum obedientia quis se subiciat maiori. Contra quem ponit Bernardus. decimum gradum superbie. rebellionem quā ex precedenti gradu oriri dicit. Cum enim sic simulate suam culpam confitens penam sibi impositam impatiēter sustinet sequens iam ab alijs notari. ac suam falsitatem conspicit. et exinde suam opinionem et laudem diminui videt. grandem in corde suo superbo confusione habet valde tūc difficile est tale huiusmodi verborum iudicium tacitū adq̄escere. sed mox frontosus impudens. et quasi despatus in rebellionem corrumpit. Et qui prius solū fra-

tres contempserat. iam impudenter et potenter inobediens etiam contemnit magistrum. **U**ndecim⁹ gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus est. Ut quis voluntate propria nō delectetur implere. Contra quem ponit Bernardus. Undecimum gradum superbie libertatem peccandi quā ex precedenti gradu oriri dicit. Nam cum subdit⁹ magistrum vel superiorem nō timere incipit. nec primos seu fratres. aut sodales habet quos verecundatur in quadam securitate maioris libertate ad sua desideria implenda profuit. in ipsis adimplendis delectatur. et quibus forsitan nō penitus in principio dei formidine abiecta quasi vadum tentans / illicita cum quodam timore perficit. postmodum tamen pederetum in viciorum gurgite intrat. **D**uodecim⁹ gradus humilitatis a dicto beato Benedicto assignatus est. ut quis deum timeat. et memor sit omnium quod precepit. Contra quem ponit Bernardus. duodecimum gradum superbie. consuetudinem peccandi quā ex precedenti gradu oriri dicit. Nam postquam terribili dei iudicio / prima flagitia impunitas sequitur. tunc per quandam frequentiam malorum actuum / homo in quandam peccandi consuetudinem trahitur. Ex hincque carnalibus desiderijs absorptus. rationis que ac timoris dei oblitus. indifferenter suis libitis vititur. Nec ab illicitis cogitationibus et pagendis restringitur. sed quicquid sibi in corde. in ore. in manu occurrit. machinat. garrat. et operatur malivolus quidem magniloquus facinorosus. **T**ertium duodecim graduum numerus ex hoc accipitur quia homo per superbiam communiter iniuriatur. Vel deo. vel homini cui debet esse inferior. vel homini cui debet esse par. Sex primi gradus determinantur secundum iniuriam que per superbiam fit homini cui quis debet esse par. Quatuor alij sequentes gradus determinantur secundum iniuriam / que per superbiam fit homini cui quis debet esse inferior. Duo vero ultimi gradus determinantur quantum ad iniuriam que per superbiam immediate deo fit. Et notatē dicitur immediate quia etiam alij gradus redudant in deum. sed nō immediate imo mediante primo. **S**extus autē dicitur quia a minori ad maiorem fit progressus. Etiam propter grauedinem peccatorum que iuxta illos gradus committuntur. Primus enim gradus malus est. secundus peior. et sic ascen-

dendo vsq; ad vltimū qui reperietur esse pessimus omnium. Unde iniuria que fit respectu paris est minor. illa que fit respectu superioris est maior. scilicet illa que fit respectu dei est maxima propter quod predicti gradus taliter ordinantur.

De inicio seu peccato inanis glorie.

Nunc dicendum est de inani gloria quam Grego. ponit esse primum vitium capitale. Que sic describitur. Inanis gloria est inordinatus appetitus laudis. glorie. et honoris. Finis enim principalis inanis glorie est manifestatio proprie excellentie. Inanis glorie septem a beato Grego. xxxi. li. moral. filie assignantur. scilicet inobedientia. iactantia. hypocrisis. contentio. pertinacia. discordia nouitatum. presumptio. Quarum numerus seu sufficientia sic sumitur. Finis inanis glorie ut supra dictum est. est manifestatio proprie excellentie. Ad manifestatorem autem proprie excellentie potest quis dupliciter referre. Uno modo directe alio modo indirecte. Si directe aut fit per verba. aut fit per facta. Si per verba tunc est iactantia. Si per facta. Aut illa facta sunt vera et aliqua ammiratorem importantia alias nulla consequeretur gloria. et tunc est nouitatum presumptio. Nam eas solent homines magis ammirari. Si autem per facta et aliqua ammiratorem ut dictum est habentia. sed tamen non vera immo ficta. et tunc est hypocrisis. Si autem tendat homo ad manifestatorem proprie excellentie secundo modo scilicet indirecte. Et hoc potest contingere quadrupliciter. scilicet vel quantum ad intellectum. vel quantum ad voluntatem. vel quantum ad locutionem. vel quantum ad factum. Si primo modo scilicet quantum ad intellectum. et tunc est pertinacia. per quam scilicet homo ad suam excellentiam ostendendam nimis innititur sue proprie sententie nolens cedere sententie meliori. Si secundo modo scilicet quantum ad voluntatem et tunc est discordia per quam scilicet homo ad suam excellentiam ostendendam non vult a propria voluntate discedere in alium seu in alio concordet. Si tertio modo. scilicet quantum ad locutionem et sic est contentio. per quam scilicet homo ad suam excellentiam ostendendam. clamose verbis contra alium litigat volens vincere obtinere. Si quarto modo scilicet quantum ad factum et sic est inobedientia. per quam scilicet

homo ad suam excellentiam ostendendam non vult exequi preceptum superioris / nec exequi do videatur in aliquo inferior.

De inicio seu peccato inuidie.

Absequenter de inuidia tractandum venit. Que secundum Augustinum est dolor seu odium felicitatis alienae. Secundum vero Iohannem Damascenum. est tristitia de alienis bonis. Et dicitur inuidia a non videndo quia scilicet bona aliorum videre non potest seu non libenter videt. Et quia displicentia boni alteri que interior habetur potest quodammodo per actum visum exteriorius denotari seu percipi. ideo proprie dicitur inuidia a non videndo id est non libenter videndo. Nam sicut dicit Seneca. Quicquid mente fugimus / in gestum oculis vix videmus. Et ideo illa interior displicentia proprie inuidia dicitur. Ipsi autem inuidie quinque per Grego. assignantur filie. xxxi. li. moral. scilicet odium. susurratio. detractionis. exultatio in aduersis proximis. afflictio in eius prosperis. Quarum numerus seu sufficientia sic accipitur. In conuentione enim inuidie. quoniam scilicet aliquis contra alium inuidia in animo motus / ipsam ad effectum perducere nititur / aliquid est tanquam principium aliquid tanquam medium. aliquid tanquam terminus seu finis. Illud autem quod est tanquam principium est ut primo inuidus apud alios verbo diminuat gloriam seu famam hominis. Et hoc potest contingere dupliciter. Vel in occulto. et tunc est susurratio. que est quoniam aliquis malum occulte de suo proximo dicit. eius famam denigrando. Et iuxta Iudaeorum dicitur a sono locutionis quia proprie fit in aure et secrete. non in facie hominum. Vel tunc dicit inuidia gloriam alteri diminueri in manifesto seu in aperto. et tunc est detractionis que est quoniam aliquis aperte malum de suo proximo dicit. eiusque famam denigrat. ledit et dimittit. Et tamen circa ista duo peccata aduertendum. quia secundum Thomam ipsa in materia conueniunt et etiam in forma siue modo loquendi. quia utrobique malum de proximo occulte dicitur. Et intellige hic occulte id est non audiente eo de quo sic malum dicitur. Et hinc est quod propter istam similitudinem vnum pro alio sepe sumitur. Differunt tamen in specie respectu finis ad quem fertur intentio. Nam principaliter intentio detractoris

Compendiū theologie

est fama proximi denigrare. An illa precium mala de proximo profert. et quibus ipse primus infamari possit vel eius fama diminui. Susurrionis vero intentio principalis est illū / cui sic inuidet / pro mala quae de eo dicit. ab amicitia alioque separare. Detractor etiam proprie est qui aperte et in facie hominum / mala de aliquo loquitur. Susurro autem ad preteritum et secreta et quasi in aure ut iam tactus est. Illud autem quod est tanquam medium / est quo inuidus facto pro se nec pro alio commodum et utilitatem seu profectum alterius impedit seu diminuat. Et tunc aut illud facere et adimplere potest. Et tunc exinde venit et oritur exultatio in aduersis primi. aut non. et tunc exinde venit et oritur afflictio in prosperis primi. Illud autem quod in inuidia est tanquam terminus seu finis consistit in ipso odio / quod inuidus de persona cui inuidet habet. Nam sicut bonum quod delectat causat amorem sic illud quod contristat causat odium. Est tamen pro clariori promissorum intellectu aduertendum quod afflictio in prosperis primi / dupliciter potest considerari. Uno modo secundum quamdam generalitatem quam scilicet de aliquo de prospero alicuius in quantum habet aliquam gloriam seu famam tristatur. Et tunc afflictio in prosperis primi / non est filia inuidie. Immo est ipsa inuidia metus. Alio modo magis particulariter in quantum scilicet quis de prosperis proximi quae ipse nitebatur impedire tristatur. in quantum scilicet contra suum conatum eueniunt et tunc est proprie filia inuidie. Exultatio enim in aduersis primi non est directe idem quod inuidia. sed ex ea sequitur et nascitur exultatio de malo eiusdem. Est etiam notandum quod est quedam inuidia que inter grauissima peccata reputatur. scilicet inuidia fraterne gratie. quam scilicet aliquis non solum de bono proximi dolet. sed etiam de ipso augmento gratie dei quod ipse primus habet. Et huiusmodi inuidia ponitur peccatum contra spiritum sanctum. Quia pro huiusmodi inuidia / homo quodammodo videtur spiritui sancto inuidere. eo quod in suis operibus glorificatur. Et ideo ponitur huiusmodi inuidia species peccati in spiritu sanctum. ut latius infra videbitur ubi de peccato in spiritu sanctum agitur. Notandum etiam quod licet interdum inuidia zelus nominetur. et interdum pro zelo accipitur. est tamen inter ea re alia differentia. Pro quo sciendum quod tristitia de alienis bonis / potest quatuor modis seu causis contingere. Uno modo quam aliquis dolet de bono alicuius in quantum ex

eo timet sibi ipsi vel alijs bonis viris non cum eum puenire. et talis tristitia non est inuidia et potest esse sine peccato. Secundo modo quam aliquis dolet de bono alterius. non in quantum ille alter illud bonum habet. sed ex eo in quantum ipse quae inuidet sibi bonum in se non habet. immo sibi deest. propterea tamen ad bonum finem et ista tristitia non est inuidia. sed est proprie zelus. et si iste zelus sit circa bona virtuosae seu honestae. laudabilis est. Juxta illud i. ad Corin. xiiij. Emulamini spiritualia. Si autem sit de bonis temporalibus. potest esse et cum peccato et sine peccato iuxta hominis sic zelatus intentionem. Tertio modo quam aliquis de bonis alterius dolet seu tristatur in quantum ille cui illud bonum accidit est ipso bono indignus. Et ista tristitia non potest proprie oriri ex bonis virtuosis seu honestis. ex quibus aliquis iustus et virtuosus effici potest. quia iam quodammodo sibi ipsi repugnaret. Si vero oriatur et veniat ex bonis temporalibus / cum secundum doctrinam fidei temporalia bona quae indignis pueniunt. ex iusta dei ordinatione disponantur vel ad eorum damnationem. et huiusmodi bona temporalia quasi nihil sint in comparatione ad bona futura que seruantur bonis. ideo huiusmodi tristitia prohibetur. Juxta illud psalmi. Noli emulari in malignis. neque zelaueris facientes iniquitatem. Et alibi. Pene effusi sunt gressus mei. quia zelavi super iniustos. pacem peccatorum videns. Quarto modo quam aliquis dolet seu tristatur de bonis alterius. in quantum scilicet ille alter ipsum in dictis bonis excellit seu excedit. Et hec tristitia est proprie inuidia et est semper praua et peccatum. quia dolet de eo de quo gaudendum est. scilicet de bono proximi. Et sic proprie accipitur hic.

De vitio seu peccato

Dicendum inde venit (cato ire de ira que secundum Augustinum sic describitur. Ira est vlciscendi libido. Secundum Iohannem Cassiodorum sic describitur. Ira est immoderatus animi motus concitatus ad penam seu vindictam. Et intelligitur hec definitio. non de ira que procedit seu denominatur pro zelum. que est quando quis contra ipsa vitia mouetur secundum ordinem rationis ad bonum finem. quia etiam interdum homo sibi ipsi propter sua peccata et vitia irascitur. sed intelligitur de ira procedit et nominatur peccatum. de qua etiam solum hic agendum est. Ira enim duplex habet esse

scilicet nature et mortis. Quo ad esse natu-
re non est proprie nisi passio quedam. ratione cuius
passionis sic pure seu absolute considerate
ira non est peccatum. immo magis est pena.
Quo vero ad esse moris seu morale / in
quantum illa passio deordinat a debito or-
dine rationis debitoque fine. tunc dicitur et im-
purat viciu[m] et peccatum. Nam ira isto modo non
dicitur pura passione. imo quandam actionem
qua deordinat homo et quantum ad deum et quan-
tum ad proximum. Vult enim a se vindictam ex-
quirere quam non debet nisi a deo vel a iudice
constituito expetere. Vel illam vindictam ex-
erceri appetit contra illum qui non meruit. vel vel
tra id quod meruit. vel non secundum legitimum
modum ordinem. vel non propter debitum finem.

Heg. xxxi. li. mora. sex assignat ire fili-
as. que sunt rixa. tumor mentis. contumelia. cla-
mor. indignatio. blasphemia. **Q**uorum
numerus seu sufficientia sic accipitur. Tripli-
citer potest ira considerari. vno modo secundum quod est in
corde. secundo modo potest esse in ore seu locutione.
tertio modo potest esse in facto seu opere. Quo
ad primum modum scilicet in quantum ira est in cor-
de nascuntur duo vicia. Unum in respectu
ad illum contra quem homo irascitur quod scilicet eum
quodammodo abhorret et indignum reputat
ut sibi tale vel tale quod fecerit. et tunc est indi-
gnatio. Aliud viciu[m] quod inde nascitur est in re-
spectu ad ipsum hominem met qui irascitur. in quan-
tum scilicet in animo suo / diuersas vindicte vias
excogitat. et talibus excogitationibus animu[m] suu[m]
replet. et tunc est tumor mentis. Quo vero ad
secundum modum scilicet in quantum ira ostenditur in ore
seu locutione hoc contingere potest dupliciter.
Uno modo quando homo suam demonstrat
iram per verba inordinata. confusa alia et indi-
gnatiua. et tunc est clamor. Alio modo quando suam
demonstrat iram in verba iniuriosa pro-
pendo. Et hoc iterum dupliciter. Nam vel illud
fit in deum aut sanctos. Et tunc est blasphe-
mia. Aut fit in proximum et tunc est contumelia.
Quo ad tertium modum scilicet in quantum ira ostenditur
in opere scilicet quando procedit usque ad factum
et tunc oriuntur tria. per quas hic intelliguntur
et accipiuntur omnia nocumeta que facta occasi-
one rixe primis inferri solent. ut sunt pul-
sationes percussiones et homicidia. **E**t insuper aduer-
tendum quod (ut supra aliquoties tactum est) Ali-
quod viciu[m] potest esse filia vnius vicii capi-
talis. et nihilominus interdum ex alio vicio
capitali procedere et hoc diuersis respectibus
et considerationibus. sicut in hoc presentis proposito

blasphemia in quantum aliis in ea ex delibe-
rata mente prorumpit / tunc procedit ex sup-
bia hominis contra deum se erigentis. **U**n-
de ecclesiast. v. Inicium superbie hominis apostatate
a deo id est ab eius veneratione seu honora-
tione recedere. In quantum vero homo non ex
deliberata mente. sed ex quadam commotione
seu furore animi / in blasphemiam prorumpit.
sic procedit ex ira et est filia ire. **S**imiliter
tumor mentis non accipitur hic pro vanitate
superba ex cogitatione proprie excellentie qua
quod animu[m] suu[m] implet. quod tunc idem esset in
effectu quod superbia. sed accipitur hic pro quod
dam interiori conatu sine excogitatione ho-
minis / vindictam ex ira appetens et in animo
excogitatis. Similiter potest dici de odio
quod ex ira nasci potest. cum tamen ponatur ex
invidia nasci. et eius filia sit. sicut supra de-
claratum est capitulo immediate precedenti.

Uterque autem teneatur quod iniuria sibi facta
inimico requirere remittere distinguendum
est. Ex iniuria enim tria oriri solent. Primum
est rancor in affectu. Secundum rancoris sig-
num in effectu. Tertium est actio contra iniu-
riantem. Primum tenet quilibet statim remitte-
re. etiam si non rogetur. Secundum tenetur quis
remittere si rogetur. scilicet veniam petenti. et iuxta
sua facultate emendare peccato. Tertium non te-
netur quod remittere. **I**n autem ille cui facta
est iniuria debeat amicitiam querere. Scien-
dum est quod duplex est debitum. primum est neces-
sitaris secundum est perfectiois. Quantum ad pri-
mum scilicet debitum necessitatis sine quo scilicet non
est salus. iniuriatus non tenetur reconciliationem
et amicitiam querere. Quantum vero ad se-
cundum debitum dicitur Chrysostomus. quod talis iniu-
riatus debet reconciliationem et amicitiam que-
rere et hoc maxime ex eo quod inde duplicem coro-
nam accipiat. Unam quia iniuria passus est.
alteram quia prius rogauit. **F**lorandum
postremo quo ad hoc capitulum. quod redde-
re malum pro malo est fragilitatis. redde-
re malum pro bono est peruersitatis. redde-
re bonum pro bono est equitatis. redde-
re bonum pro malo est charitatis.

De vitio seu peccato acedia.

Absequere dicitur venit de
acedia. que secundum aliquos sic de-
scribitur. Acedia est de virtu-
tibus laudabili exercitio / vtriusque

hominis languida delectio. Aliter sic de scribitur. Acedia est diffidentia de proprijs viribus et dei auxilio quo ad ardua bona implenda. Scdm alios sit Acedia est torpor mentis bona inchoare aut proficere negligent. **N**otandū autē qd Isidorus? acedia a tristitia distinguit dicens tristitiā esse inquantū homo recedit a bono ad quod tenet tanq̄ a graui et laborioso. Acedia vero dicit esse inquantū homo ab illo bono diuino seu spūali/se cōuertit ad quietē in debitā Grego. vero acedia tristitiam noiat. et vt videt cōuenientius. qz tristitia de se fm quā aliq̄s a graui laborioso opere recedit vel fm quā aliquibz alijs causis trīstatur/nō est viciū speciale ab alijs distinctū. Sed tunc solū speciale viciū dicitur inquantū homo cōtristat de bono diuino seu spūali. et tūc clarū est ad rōem acedie pertinere qd se ex eo ad quietē in debitā cōuertit inquantū scz bonū diuinū seu spūale aspiciatur. Et fm hec duo noia/habetur proprie ratio acedie. qz inquantū est auersio a bono diuino et eo qd graue estimat tūc dicitur tristitia. sed inquantū est speret ipso bono diuino cōuersio ad creaturā scz ad quietē in debitā. ex eo qz leuis estimat et placens rōne huius dicitur acedia. Ex quibz patet qd huius viciū inquantū est vel dicitur tristitia/oppo/nit leticie spūali. Sed. put est et vocat acedia. opponit virtuti fortitudinis. q̄ cōsistit in arduis aggrediēdis et in sustinendis aduersis. Et denoiatur acedia ab acedine. qz p̄ eam aīa quandā habz acedine quandāqz gustus spūalis indispositōem de bono diuino seu spūali difficili. **S**ed fm beatū Greg. xxxi. li. moral. sex assignantur acedie filie. scz malicia. rācor. pusillanimitas. desperatio. torpor circa p̄cepta. euagatio mentis circa illicita. Quarū numerus seu sufficiētia sic accipi potest. Lumen enī iuxta phm in Ethic. nullus diu absqz delectatōe possit cū tristitia manere. et vt tactū est. acedia sit tristitia de bono diuino tanq̄ de graui et laborioso. euenit qz acediosus tendit et laborat ad hoc qd a sua tristitia se eximat et liberet seu recedat. Duplici autē via pot̄ aliquis a tristitia recedere. Vno modo vt a cōtristatibz recedat. Scdo modo vt ad alia in quibz delectari possit trāseat. Sicut fm eundē phm cōtra videt qd illi homines qui nō p̄nt in delectatōnibus spūalibus gaudere. se transse-

runt ad delectatōes corporales. Respectu p̄mi membri. in recessu seu fuga a cōtristatibus. talis processus attendit. Nam primo homo ipsa cōtristantia fugit. Scdo incedum ultra progreditur ita vt ipsa que tristitia ingerit impugnet. Respectu itez p̄mi istoz duoz scz fuge et tristantiū bona spūalia de quibz acedia tristat. sunt vel ipse finis scz deus. vel ea bona q̄ ordinantur ad ipm finem. Fuga autē ipsius finis fit p̄ desperatōem. Eozū autē bonoz q̄ sunt ad ipm finē. siquidē sint ardua. vt puta ea que subsunt filijs euāgelicis. fuga fit p̄ pusillanimitatē. Si vero nō sint ardua solum q̄ p̄tinet ad cōmunē iusticiā. fuga fit p̄ torporē circa p̄cepta. **R**espectu secundū istoz duoz dupliciter fit ipsoz bonorum spūaliū impugnatō. Quāqz enī fit in directe. p̄tra scz homines qui ad ipsa bona spūalia inducūt et tunc est rācor. Quāqz vero vltimē se extendit directe scz ad ipsa etiā spūalia bona que tristat. In quozū delectatōem aliq̄s ex ipsa tristitia adducitur. et tūc est proprie malicia. **R**espectu secundū mēbrū principalis inquantū scilz aliquis p̄pter tristitiā bonozū spūaliū se ab ipsis bonis spūalibus ad delectabilia exteriora transfert/ponitur filia acedie/ euagatio mentis circa illicita. **E**st tamē hic aduertendū vt datus p̄dicta intelligant qd malicia nō capitur h̄ in sua generali acceptōe/ fm quā est quoddā gen^o omnium vicioz. sed capitur pro quadā p̄culari malicia q̄ quis vt tactū est bona spūalia impugnat inquantū ex ipsis tristat. Sicut rācor nō accipitur hic vt communiter accipitur scilz pro odio/ s̄ pro q̄dam animi radicata indignatōe/ qua q̄s p̄tra hoīes ipm ad bona spūalia inducētē mouet/ in quantum scilz illa bona spūalia ipsum cōtristant. **E**st etiam notādum qd Isidorus aliam differētiā quam vt supra tactum est ponit seu assignat inter tristitiam et acediam. Alias etiā ipsius tristicie. et acedie filias assignat. Nam tristicie ponit quatuor esse filias/ que sunt rācor. pusillanimitas. amaritudo. desperatio. Acedie vero septē ponit esse filias q̄ sunt. ociositas. somnolentia. importunitas mentis. curiositas. verbositas. inquietudo. corporis instabilitas. Sed iste filie sic p̄ Isidorus assignate reducuntur et in effectū idem sunt cum illis quas greg. assignat. Nam

prius Grego. ponit rancorē esse filiā acedie quā et tristitiā nominat. et sic quo ad B. Isidorus cū eo cōcordat. Sicut et respectu amaritudinis. qz est p̄rie quidē effectus rancoris. Quo vero ad pusillanimitatē Isidorus sicut cū Grego. in effectu cōcordat licet vario mō. Ociositas at̄ et somnolētia q̄s assignat Isidorus filias acedie cōprehendū et reducū ad torporē circa precepta. quā assignat Grego. filiā acedie. Nam ociosus in bono spūali p̄cepta pretermittit. somnolētus vō ea negligenter implet. Alie vero quicq̄ filie q̄s assignat Isidorus ex acedia oriū ptinet et reducūtur ad euagationē mentis circa illicita quam ponit Grego. filiā acedie. que quidē euagatio s̄m quod in ipsa arce mētis residet. volentis se importune ad diuersa diffundere vocatur ipoztunitas mētis. Scdm̄ aut̄ q̄ illa euagatio mētis ptinet ad vim cognitiuā d̄r curiositas. Inquantū aut̄ se vagando diffundit ad locutiōem dicit̄ verbositas. Inquantū vero respicit vagationem corporis. p̄ quā cōiter indicat̄ vagitas mētis hoc cōtingit dupliciter. Vel respectu corporis in eodē loco manētis. sed p̄ varios et inordinatos membrorū motus se vage et instabiliter agentis et tunc est inq̄tudo corporis. Vel respectu corporis se p̄ diuersa loca vage agitantis seu discurrentis. et tūc est instabilitas. licet etiā instabilitas possit s̄m vage et inconstantē mutabilitatē et variatiōem. p̄positi accipi. Et sic patet q̄ Grego. et Isido. in effectu cōcordat. Est tamen p̄ clarioz̄ dictorū intellectu aduertendū. q̄ nō om̄is motus acedie est pctm̄. immo frequēter in viris sanctis inueniūtur aliqui imp̄fecti motus acedie. Not̄ enī acedie quādoq̄ est in sola sensualitate prop̄t̄ repugnantia carnīs ad spūm. et tunc est solū peccatū veniale. Quicq̄ vō p̄tingit vsq̄ ad rōem que cōsentit in fugā et horrore. et detestatiōē boni diuini. carne om̄ino cōtra spūm p̄ualente et tūc acedia ē pctm̄ mortale. Est etiā aduertendū q̄ vbi in sup̄ioribz̄ dicit̄ est acedia esse tristitia de bono spūali. nō est accipiendū bonū spūale cōmuniter. quia tūc acedia nō haberet rōem spūalis vicij. cum om̄e vicium refugiat spūale bonū virtutis sibi opposite. Similit̄ etiā inq̄ntū acedia refugit bonū spūale prout est laboriosum vel molestū corpi. aut delectatiōis impediti-

nū. nō distinguitur ab alijs vicijs carnalibus. quibz̄ aliq̄s quietē et delectatiōem corporis querit. Sed proprie acedia. dum vicium speciale ponitur. put̄ hic/ est tristitia mētalis de bono spūali diuino. vel in bonū diuinū ordinato. ea sola rōne/ qua in bonū diuinū ordinatur. cū cōsensu rōnis in ipsius boni fuga horrore et detestatiōe. Nam mentē hominis adeo oportet bono diuino de necessitate inherere. vt non cōtristetur fugiat. horreat. seu detestet ea que sibi prop̄t̄ deū imminēt faciēda.

De vicio seu peccato auaricia. Et q̄re d̄r idolorū seruitus. 2

Anc trāseundū est ad declarationem auaricie q̄ sic s̄m tullii describitur. Auaricia est immoderatus amor habendi. Secū dum vero Bern. sic describitur. Auaricia est quarūlibet rez̄ insatiabilis et inhonesti cupido. Auaricia secū dū s̄m dicitur idolorū seruitus. quia auarus p̄rie in effectu et ope exhibet creature scz̄ pecunie illud qd̄ deberet creatori. et p̄cipue fidem spem et dilectiōem. Nam ibidē tanq̄s in eo vnde sibi spūale auxiliū puenturū credit suā principaliter spem p̄stituit. exinde in ardore dilectiōis transit. Et in hoc specialiter reprehendūtur auari quia reuiliissime scz̄ pecunie que de terra venit et accipitur et p̄rie terra est. quā natura infimā ordinauit tantū amorē suū exhibent et impediūt. Et hinc in eccl̄iast. dicitur q̄ auaro nihil est scelestū. Et hoc p̄pter quatuor causas. Primo qz̄ vix est scelus seu vicium ad quod perpetrandū auaricia nō inducat. vt sunt furta. homicidia. proditiōes. p̄iuria. et cetera huiusmodi. Secunda qz̄ est contra legem nature seu humanitatis qua quisq̄ alteri tenetur quod sibi velle fieri. Tertio quia est cōtra legem vniuersalem in om̄ibus rebus existentē. p̄ quam se dari et cōmunicari volūt. immo quodāmodo p̄pellunt. Auari vero eas p̄ priuas detinent ne cōmunicari possint. Quarto est contra legē diuinā scriptam. Unde Luc. vi. Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Vtrum autem liceat cuiq̄s thesauros condere. Notandum q̄ dupliciter thesaurisari potest. Uno modo ex affectu auaricie. absq̄ omni intentione necessitatis p̄rie vel alene

Compendiū theologie

et hoc modo thesaurisare est omnibus prohibitiū. Alio modo thesaurisari potest ex prudentia. et hoc itez dupliciter. Uno modo vel consideratiōe necessitatis. et sic cōcedit parentibz secularibz. ob necessitatē filioz educandoz. vel filiaz cōiugio tradenda. rū. nō tñ ditandaz. sed debito fuato modo iuxta statū psonē. Alio modo ex consideratiōe publice utilitatis. vt puta regni defendēdi. vel cultus dei ampliādi: et sic cōcessus est regibz et dñis tpalibz thesaurisare. Per sonis vero eccliaisticis particularibz proprie nūq̄ thesaurisare licet. nec etiā pecuniā tenere/ intētiōe seruādi. Vñ Ambro. **Quz** hz ecclia. nō vt seruet sed vt erogat. **Ex** pdictis patet q̄ duplex est amor pecunie tēpaliū. Vñ respectu necessitatis. Alius respectu supflui. Cōtra primū. phibet dñs pfocātē sollicitudinē. Cōtra scōz phibet thesaurisatiōem. **Auaricie** autē per Breg. xxxi. li. moralium. septē assignant filie. q̄ sunt. proditio. fraus. fallacia. piurium. inq̄tudo. violentia. cōtra misericordiā obduratio. Quaz numerus siue sufficientia sic sumi potest. Auaricia vt dictū est. est supfluus amor hūdi diuitias. Ista ergo supfluitas seu excessus/ aut est in ipsas diuitias retinendo: et ex hoc orit obduratio cōtra misericordiā. qua scilz cor hominis/ misericordiā nō emollit vt de diuitijs suis subueniat miseris et indigentibus. Aut iste excessus seu supabūdantia est in accipiēdo seu in acquirēdo pecunias. Quod itez potest considerari dupliciter. Vcl. s. inquantū est in affectu vel inq̄ntū est in ope seu effectu. Si priō modo scz q̄ntū est in affectu. sic ex auaricia orit inq̄tudo. inq̄ntū scilz auaricia ingerit hoī nimā sollicitudinē curasq̄ supfluas. Eluans enī vt dicit Ecclia. v. nō implet pecunia. Si scōdo modo scilz inq̄ntū est in ope seu effectu. et hoc itez dupliciter cōtingere potest. Vcl enī in ista imoderata et indebita acq̄sitiōe vt it̄ q̄s vi vel dolo. Si vtatur vt tūc est violentia. Si vtatur dolo hoc itez tripliciter fieri potest. Vcl enī fit ipse dolus in verbo. Et siquidē verbum sit simplex tūc est fallacia. Si autē ipsi verbo addatur cōfirmatio iuramēti tūc est piurium. Si autē comittatur ipse dolus in ope tūc velerit quantū ad res. et sic est fraus. Vcl erit quantū ad psonas: et sic est proditio. vt patet de iuda qui p auariciā pdidit spm.

Fsidorus autē nouē ponit filias auaricie. que sunt. mendaciū. fraus. furtū. piurium. turpis lucri appetitus. falsum testimoniū. violentia. inhumanitas. rapacitas. Et sic apparet q̄ **F**sido. tres ponit filias auaricie quas etiā Brego. ponit. et ser de quibz Brego. nullā facit mentōem. Sed qui debite considerat iste sex filie q̄s sic assignat **F**sidorus. reducuntur et cōprehenduntur sub illis quas assignat Brego. Nam mendaciū et falsum testimoniū que proprie nō differunt abinuicē nisi sicut genus et spēs. etenim falsum testimoniū nihil aliud est q̄ quedā specificatio mendaci/ cōtinent sub fallacia. sicut et furtū que est quedā specificatio fraudis cōtinetur sub fraude. Appetitus autē turpis lucri pertinet ad inq̄tudinē et sub ea cōprehendit. Rapacitas autē cum sit species violentie sub violentia cōtinetur. Inhumanitas vero idē est proprie qd̄ induratiō contra misericordiā. **E**st etiā notandū q̄ auaricia que proprie est immoderata cupido circa diuitias et specialiter pecunie. ex eo quia per pecuniā omnia alia habentur et recuperantur iuxta quod dicitur. pecunie obediunt omnia. dupliciter potest considerari. Uno modo circa acceptōem et acq̄sitiōem pecuniarū inquantū scz aliquis pecuniā adq̄rit vltra debitū aliena surripiendo vel indebitē retinendo. Et hoc modo opponit auaricia iusticie. Alio modo considerari potest prout importat immoderatiā circa iteriores affectōes diuitiaz. puta cum quis nimis amat vel desiderat diuitias. aut nimis delectatur in eis. etiā si forsā nō velit cape aut retinere aliena. Et hoc modo auaricia oppōitur liberalitati que hūdi affectōes moderatur. Et licet vterq̄ istorum modoz hic accipitur/ magis proprie tamē auaricia secūdo modo accipitur. **E**t etiā notandū q̄ philosophus in Eth. multa ponit genera hominū viciosoz vicijs ad auariciā spectantibz. que sub filiabus supra enūeratis nō vidētur cōprehendi. videlicet. parcos tenaces. ininibiles. illiberales opatōes opantes. de meretricio pastos. vsurarios. aleatores. mortuozū spoliatores. latrones. Sed circa hoc tam pro iam dictis q̄ pro dicendis est aduertendū q̄ licet in cōmuni vsu loquēdi idē reputetur aliqd̄ peccatū esse filiā alicui⁹ alterius vicij seu peccati/ et esse ei⁹ speciem

est tamen magna differētia. ita q̄ aliud est peccatū habere filias ⁊ aliud peccatū habere species. Species enī alicui⁹ peccati seu viciū capitalis oportet semp̄ ad idem genus viciū pertinere. Filias vero non. imo ad finē alicui⁹ viciū possunt etiā peccata alteri⁹ generis ordinari ⁊ ex eo oriri. Illa autē peccata q̄ sic ex alio oriūtur ⁊ ad ip̄s ordinantur fm̄ appetitū finis. proprie dicuntur ei⁹ filie. sicut gratia exēpli in materia p̄nti. Proditio ⁊ fallacia ponunt ⁊ debito filie auaricia. q̄ ex ipsa oriunt⁹ precipue fm̄ appetitū finis vt q̄ sc̄z sit pditio vel fallacia ad pecunias ⁊ diuicias adq̄redas Et tñ. pditio ⁊ fallacia p̄ se cōsiderate nō sunt proprie species auaricie nec proprie ad genus auaricie p̄tinet. Ad. p̄positū igit̄ reuertēdo illa que (vt tactū est) ponit p̄hs sunt magis spēs auaricie quā illi liberalitate vocat. q̄s sint ei⁹ filie. licet tamē aliqui eoz possint ad filias supra enūceratas reduci. vt sub ip̄is effectualit̄ p̄prehēdant. vt puta latrocinii sub fraude. parcitas ⁊ tenacitas sub obdurate cōtra misericordiā etiā sic ad auariciā p̄tinere vidēt̄. Potest enī aliq̄s illiberalis seu auar⁹ dici ex eo q̄ deficit in dando. Et siquidē q̄ parum dat vocat̄ parcus. si autē q̄ nihil dat. tūc dicit̄ tenax. si autē q̄ cū magna difficultate dat. tunc vocat̄ limibilis quasi limi venditor q̄. scilz de paruis/magnā vim facit. Quisq̄ etiā dicit̄ illiberalis vel auarus q̄ excedit in accipiendo Et h̄ iterū dupliciter. Uno modo q̄ turpit̄ lucrā. vel sc̄z vilia ⁊ futilia opa p̄ illiberales opatōes exercēdo. Vel q̄ de aliquibz viciosis actibus lucrā. sicut de meretricio vel aliquo hmōi. Vel q̄ lucrā de eo qd̄ gratis deberet cōcedere. sicut vsurarij Vel q̄ lucrā parū cū multo labore. Alio mō q̄ iniuste lucrā vel de viuis vim inferendo. sicut latrones. vel mortuos spoliādo vel ab amicis p̄ deceptōem auferendo sicut aleatores Et intellige hec om̄ia iuxta supra tacta quādo. sc̄z ex imoderato amore lucri fiunt seu p̄cedūt Et sic p̄z recordāria eoz q̄ ponit p̄hs cū illis q̄ ponit greg.

7 De vitio seu pec

Danc dicendū est (cato gula. de vicio gula. Que sic fm̄ August. describit̄ Gula est immoderata cibi auaritas Vel sic gu

la est vorax edacitas. nature finibz nō contenta. Et est aduertendū q̄ gula nō dicit̄ seu denotat quēlibet appetitū edendi vel bibendi sed solū inordinatū. Qui ex eo inordinat⁹ dicit̄ q̄ recedit a debito ordine rōnis. Nec viciū gula in substantia seu q̄ntitate cibi proprie cōsistit sed in cōcupiscētia nō regulata rōne. Et ideo si aliq̄s excedat in quātitate cibi/ nō propt̄ cōcupiscētiā sed q̄ illud sibi necessariū eē estimat/ hoc nō p̄tinet ad viciū gula. s̄ ad aliquā impiciā. Sed tūc p̄tinet ad gulā. quādo aliq̄s p̄pter cōcupiscētiā cibi delectabilis/sciēter excedit mēsurā edendo. Et hic accipitur cib⁹ etiā pro potu. Florandū insup q̄ Greg. xxi. li. moral. v. esse spēs gula assignat sub his v̄bis. Sciēdū est. quia q̄nq̄ nos modis viciū gula tenet. Aliq̄n nāq̄ indigētie tēpora p̄uenit. Aliq̄n ordinē t̄pis seq̄tur. sed cibos lautiores querit. Aliq̄n etiā quelibet sumēda preparari accurat⁹ expetit. Aliquādo autē ⁊ qualitati ciboz ⁊ tēpori cōgruit. sed in ipsa quātitate sumēdi. mēsurā refectōnis excedit. Nonnūq̄s vero ⁊ abiect⁹ est quod desiderat. ⁊ tñ ip̄o estu immensi desiderij deterius peccat. Et cōtinent in hoc versu. Prepere laute nimis ardent̄ studiose Quaz species numer⁹ ⁊ sufficiētia sic sumi p̄t. Gula vt dictū est importat inordinatā cōcupiscētiā edēdi In esu autē duo cōsiderant̄ sc̄z vel ipse cib⁹ q̄ sumit. vel ipsa ei⁹ sumptio. Respectu p̄mi. s. ip̄i cibi q̄ sumit/triplex p̄t concupiscētie inordinatio cōtingere. scilz vel q̄ntū ad substantiā cibi. vel q̄ntū ad qualitatem cibi. Vel quātum ad quantitatem cibi. Quātū ad p̄mū cōtingit cōcupiscētie. inordinatō q̄n sc̄z querūtur cibi lautiores. i. preciosi. Et tūc est sc̄da species supra posita. denotata p̄ illud verbum versus supra positi. laute. Quātū ad sc̄dm cōtingit concupiscētie deordinatio quādo scilz cibi nimis accurate ⁊ delitiose preparant̄. Et tunc est tertia species supra assignata. denotata p̄ illud verbū. studiose. versus p̄nomiati. Quātū ad tertiū cōtingit cōcupiscētie deordinatio. quando excedit in nimis comedēdo. Et tūc est quarta species supra assignata. denotata p̄ hoc verbum. nimis. Respectu secūdi mēbz principalis/scilz ipsius sumptōnis cibi. potest dupliciter concupiscētie inordinatio cōtingere. scilz vel

Compendiū theologie

quantū ad tempus ipsius sumptionis vel
quantū ad modū. Quantū ad primū cō-
tingit cōcupiscentie inordinatio. quādo
preuenit debitū tps seu debita hora pme-
dendi. Et tūc est p̄ma species supra assi-
gnata. denotata p̄ hoc verbū. p̄e propere
Quantū ad scđm cōtingit cōcupiscentie
inordinatō. scđ qm̄ nō seruat debitū modū
in edēdo. Et tūc est q̄nra species supra af-
signata denotata per hoc verbū. arderet.
Horandū insup q̄ Grego. xxi. li. mora-
liū quinqs assignat gule filias q̄ sunt. ine-
pta leticia. scurrilitas. immūdicia. multi-
loquū. hebetudo sensus circa intelligen-
tiam. Quaz numer⁹ seu sufficiētia sic su-
mi pōt hūla vt supra tactū est p̄prie cōsi-
stit circa immoderatā cōcupiscentiā q̄ est
in cibis et potib⁹. Et ideo illa vicia q̄ ex i-
moderata cōcupiscentiā cibi et pot⁹ conse-
quūtur seu oriunt. cōputant inter filias
gule. Ipsa autē vicia q̄ ex immoderata cō-
cupiscentiā cibi et potus insurgūt seu oriunt
cōsiderant dupl̄r. Vel insurgūt ex pte aie
vel insurgūt ex pte corpis. Si insurgunt
ex pte aie. hoc pōt cōtingere q̄dupl̄r. s. vel
primo q̄ntū ad rōem. cuius acies ex cibi et
pot⁹ imoderatiā hebetat. p̄ter scđ cibozū
et vini fumositates/caput hoīs pturban-
tes. Et hinc ponit filia gule ebetudo sen-
sus seu mentis circa intelligentiā. sicut et
ecōtrario abstinētia cōfert ad sapiētie p-
ceptōem. Vel scđo quantū ad vim appeti-
tiuā seu appetitū. q̄ sopito gubernaculo
rōnis p̄ ipam cibi et pot⁹ imoderatiā
multipliciter deordinat et in varias transit
dissolutōes. Et hinc ponit inepta leticia
filia gule. ex eo q̄ oēs inordinate passiōes
ad leticiā et tristitiā ordinant vt dicit phs
Vel tertio quantū ad inordinatōez discre-
tōis circa debitū modū pferendi verba. q̄
freqntissime ex imoderatiā cibi et pot⁹ cō-
tingit. Et hinc multiloquū assignat filia
gule. Juxta qđ dicit Grego. in pastorali.
Nisi gule deditos imoderata loq̄citas co-
mitaret/ diues ille q̄ epulat⁹ q̄tidie spēdi-
dedicit in lingua graui⁹ non arderet. Vel
quarto q̄ntū ad inordinatōez discretōis
circa gestus et actus exteriores. Nā sicut ex
imoderatiā cibi et potus puenit in ipa di-
cretōe defectus et inordinatō circa debi-
tam et moderatā plationē verboz. ita fili-
ter puenit in ipa discretōe deordinatio
circa exteriores gestus. Et hinc ponitur

scurrilitas filia gule q̄ est quedā vana io-
cularitas querēs hoies ad risum et cōpla-
centiā cōmouere. ex defectu discretōis seu
debite p̄uisionis proueniēs. Quantū autē
respectu scđi mēbri p̄cipalis de vitijs. s.
q̄ ex pte corpis insurgūt. certū est q̄ ex ipa
inordinata et imoderata cibi et pot⁹ cōcu-
piscētia et sumptiōe/ freqntissime sequū-
tur emissiones inhoneste supfluitatū. Et
hinc est q̄ immūdicia ponitur filia gule.
Est tamē aduertendū q̄ si ex ipsa sup-
fluitate cibi et potus/ cōtingat emissio su-
pfluitatū p̄ modū seminis natural. tunc
immūdicia licet etiā ad gulam p̄tinere vi-
deat/ inq̄ntum scđ materiā ministrat. ma-
gis p̄prie tamē p̄tinet ad p̄ctū libidīs seu
luxurie. Si cōtingat emissio aliaz super-
fluitatū. vt vomitus et vacuatōnū fetida
rū et hmōi. tunc immūdicia p̄prie ad viciū
gule p̄tinet. **E**st etiā aduertendū q̄ be-
betudo quantū ad eligibilia/ nō est p̄prie
filia gule. imo cōiter in om̄i p̄ctō inuenit
Sed hebetudo sensus circa speculabilia/
maxime etiā ex gula puenit/ p̄p̄t rōem
iam tactā scđ p̄p̄t fumositates caput p-
turbātes. et tūc prope est filia gule. Sicut
leticia que est de actu p̄cti iuxta illō puer-
bioz. q̄. capitulo Letatur cū malefecerit.
et que prope ex habitu peccādi p̄cedit/ nō
est filia gule imo ad om̄e peccatū conse-
quē potest. Sed illa leticia q̄ est vaga dissolu-
ta et incōposita/ qđ ipoztat hoc verbū ine-
pta. maxime orit ex inordinata sumptiōe
cibi et potus. et isto mō assignat filia gule.
Similiter est quedā scurrilitas q̄ ex volū-
tate seu appetitu luxurie et quedā ex appe-
titu inordinato lucri seu pecunie p̄cedit.
dum scđ querit p̄sona p̄ quandā vanā io-
cularitatē/ ad risum seu cōplacentiā p̄mo-
ueri. vel ad ipam facilius ad actū venereū
p̄mouendū. vel ad aliqd cōmodi ab ea cō-
sequendū. et istis modis magis p̄tinet ad
illa vicia scilz luxurie et auaricie. Sed illa
scurrilitas que ex immoderata cōcupiscē-
tia et sumptiōe cibi et potus procedit iuxta
modū factū supra declaratū ē p̄p̄a filia gule

De vitio seu pec

Scatō luxurie.
Eqtur de luxuria que sic descri-
bitur Luxuria est ex immūdis
desiderijs veniēs lubrica mēt̄
et carnis prostitutio. Scđm alios sic de

scribitur **L**uxuria est libidinose voluptatis/appetitus. Et intelligas hunc libidinosum appetitum quod est ex consensu rationis. sic scilicet quod ipsa ratio cum cohibere posset. non tamen cohibet quod tunc talis libidinosus appetitus est peccatum mortale. Adhuc secundum alios sic describitur. Luxuria est corporis incontinentia et pruritu carnis originem trahens. **N**otandum quod sicut sepe supra dictum est. magna differentia est ponere aliquod peccatum filiam alterius vicii et illud ponere eius speciem. Quod manifeste apparet in isto vicio seu peccato luxurie. Nam ut clare videbitur istud viciu aliqua habet peccata tanquam filias ea scilicet que et eo oriuntur secundum precipue appetitum finis. Licet tamen secundum proprium esse ad ipsum viciu non pertineant. Habet etiam species que proprie ad ipsum luxurie viciu pertinent. **O**cto igitur secundum Gregorium. xxxi. li. moralium assignantur filie luxurie scilicet Leuitas mentis. inconsideratio. inconstantia. precipitatio. amor sui. odium dei. affectus presentis seculi. horroz seu desperatio futuri. **Q**uaz numerus seu sufficiencia sic sumi potest. Tertium est quod secundum doctrinam philosophorum quod inferiores anime vires seu potentie ad sua vehementer obiecta afficiuntur et se applicant consequens est quod superiores anime vires in suis actibus impediuntur seu deordinantur. **D**arime autem per viciu luxurie/appetitus occupabilis que est vna de inferioribus potentibus anime vehementer afficitur et intendit suo obiecto scilicet delectabili venereo. propter suam scilicet vehementiam delectationis. Et quo consequens est et cetera contingit quod maxime per concupiscentiam luxurie. ratio et voluntas que sunt superiores anime vires/impediuntur seu deordinantur. **R**ationis autem quatuor sunt actus in agendis. Primus quidem actus est simplex intelligentia que ipsa ratio aliquem finem apprehendit ut bonum. Et hic actus per concupiscentiam luxurie impeditur. Iuxta illud Damasceni. Species deperit te. Et illud. Concupiscentia subvertit cor tuum. Et quantum ad hoc ponitur filia luxurie cecitas mentis. Secundus actus rationis est consilium de his que sunt agenda propter finem. et hic etiam actus per concupiscentiam luxurie impeditur. Et quantum ad hoc ponitur filia luxurie precipitatio. que prout hic sumitur importat subtractionem consilii. quando scilicet homo ex luxurie vehementia per impetum voluptatis seu passionis. non adhibito consilio ad aliquid agendum subito et inordinate fertur. Tertius actus rationis est rectum iudicium

de agendis Et hic etiam actus per concupiscentiam luxurie impeditur. Ut de senibus luxuriosis dicit Damascenus. xiiij. Averterunt sensum suum ut non recordarentur iudiciorum iustorum. Et quantum ad hoc ponitur filia luxurie. inconsideratio. que prout hic sumitur importat defectum recti iudicii. quod scilicet homo ex luxurie vehementia. in recte iudicando deficit. quod scilicet continet vel negligit attendere ea ex quibus rectum iudicium procedit. Quartus autem rationis actus est preceptum quod ipsa ratio facit de aliquid agendo. Et iste etiam actus per concupiscentiam luxurie impeditur. in quantum scilicet homo ex impetu ipsius concupiscentie impeditur ne exequatur illud quod ratio decernit esse faciendum. Et secundum hoc ponitur filia luxurie inconstantia. que prout hic sumitur importat recessum a bono proposito et cepto propter aliquid quod inordinate placet quod maxime causat vehementiam luxurie. per quam homo trahitur ad repudiandum quod recte prius acceptauerat. quod ex sui defectu venit. quod cum posset illi impulsui luxurie resistere non resistit. eo scilicet quod non tenet firmiter et constantem se in bono concepto. Ita quod cecitas mentis est defectus circa actum simplicis intelligentie. Precipitatio est defectus circa actum consilii. Inconsideratio est defectus circa actum iudicii. Inconstantia est defectus circa actum precepti. Qui sunt quatuor principales actus rationis circa agibilia que maxime per delectationem que in actibus venereis est. que totam animam absorbet impediuntur ut tactum est. **E**x parte autem voluntatis duplex est actus que per concupiscentiam luxurie deordinari contingit. **U**nus est appetitus finis. Et quantum ad huiusmodi actus deordinationem ponitur filia luxurie. amor sui. In quantum scilicet homo pro venerea delectatione quam inordinate appetit et concupiscit seipsum inordinate diligit. et ea que ad dictam delectationem seu complacentiam referunt sibi procurat et querit. **E**t per oppositum respectu ipsiusmet actus voluntatis ponitur alia filia luxurie. odium dei. Quod importat quandam dei ac suorum mandatorum in animo displicentiam et contemptum. in quantum scilicet ipsa delectationem veneream sic concupitam non prohibet. **A**lius actus voluntatis est appetitus eorum que sunt ad finem. Et quantum ad huiusmodi actus deordinationem ponitur filia luxurie. affectus presentis seculi. In quantum scilicet homo per amplius diutius venerea delectatione ad sui libitum fruendo peris selem

Compendiū theologie

